This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gx
9
943

Gx9.943

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND.

In 1858 STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), gave $5000, the income to be applied to "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."

QUA REI CRITICÆ TRACTANDÆ

RATIONE

HELLENICON XENOPHONTIS

TEXTUS CONSTITUENDUS SIT

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

AD GRADUS DOCTORIS RITE CAPESSENDOS THESIM PROPONEBAT

OTHO RIEMANN

SCHOLÆ NORMALIS OLIM ALUMNUS, PROFESSOR AGGREGATUS ORDINIS LITTERARUM.
GALLICÆ QUÆ EST ATHENIS SCHOLÆ SOCIUS

PARISIIS

APUD E. THORIN EDITOREM

7, VIA DICTA DE MEDICIS

MDCCCLXXIX

QUA REI CRITICÆ TRACTANDÆ

RATIONE

HELLENICON XENOPHONTIS

TEXTUS CONSTITUENDUS SIT

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

AD GRADUS DOCTORIS RITE CAPESSENDOS THESIM PROPONEBAT

OTHON RIEMANN

SCHOLÆ NORMALIS OLIM ALUMNUS, PROFESSOR AGGREGATUS ORDINIS LITTERARUM,
GALLICÆ QUÆ EST ATHENIS SCHOLÆ SOCIUS



PARISIIS

APUD E. THORIN EDITOREM

7, VIA DICTA DE MEDICIS

—

MDCCCLXXIX

Gx9.943

HARVARD COLLEGE
MAY 1 1906
LIBRARY.
Salisbury fund

VIRO ERUDITISSIMO

MIHIQUE STUDIORUM RECTORI AMICISSIMO

ALBERTO DUMONT

CUM GRATA ANNORUM

QUOS UNA TUM ROMÆ, TUM ATHENIS EGIMUS

RECORDATIONE

PRÆFATIO

Xenophon cum antiquissimus sit auctor a quo rerum quæ in Græcia a fine Thucydidei operis usque ad Epaminondæ mortem gestæ sint cognitio peti debeat, haud mirum est in ejus historia Græca (1) commentariis illustranda viros doctos plurimum operæ posuisse.

Et duæ res sunt in primis de quibus multum in utramque partem disputatum est : nam, cum quæsitum est quæ esset Xenophonti fides adhibenda; — quippe qui nimis λακωνιστὴς fuisse nimiumque et Agesilai admirationi et obtrectationi Epaminondæ indulsisse videretur; — tum etiam, quod multa in Hellenicis essent in quibus lector offenderet, multa vero quæ apud Diodorum aut apud Plutarchum prorsus alio modo narrarentur, suspicio orta est num vere Xenophontea essent Hellenica ea quæ in manibus habemus. Fuerunt igitur qui librum ipsum Xenophontis intercidisse arbitrarentur; hæc vero Hellenica, quæ ad nos pervenerunt, nihil aliud esse

(1) Hanc, secundum optimos codices, Xenophon inscripsit Ἑλληνικά; in deterioribus inscripta est Ἑλληνικὴ ἱστορία (sive ἱστορία Ἑλλ.) aut Ἑλληνικαὶ ἱστορίαι (sive ἱστορίαι Ἑλλ.), in duobus vero etiam παραλειπόμενα Ἑλληνικῶν, Θουκυδίδου παραλειπόμενα Ἑλληνικῆς ἱστορίας : de qua re videas Δελτίον ἑλληνικῆς ἀλληλογραφίας, 1878, p. 152.

nisi epitomen ab homine indocto neglegentique tempore satis recenti confectam. Et has quidem quæstiones tractare nobis non in animo nunc est; in ea tamen inquiremus quæ nisi diligenter cognita erunt et recte dijudicata, ne de ceteris quidem satis certum judicium esse poterit.

Quæremus igitur quomodo textus Hellenicon constituendus sit; tum vero etiam quatenus librariorum manibus corruptus et depravatus esse videatur. Quamquam enim ad textum constituendum cum alii viri docti, tum in primis Gailius, L. Dindorfius, Cobetus, G. Sauppius plurimum contulerunt, tamen critica quæ dicitur editio nondum confecta est, propterea quod complures sunt codices quibus nemo adhuc usus est, inter quos quidem duo sunt quos in optimis numerandos esse censeo : codex quidam Mediolanensis (bibliothecæ Ambrosianæ) et Parisinus n° 317. Hos igitur ut inspicerem cum mihi contigisset, operæ pretium visum est totam de Hellenicon ratione critica quæstionem de integro tractare. Itaque discrepantes quidem lectiones, quas e duobus illis codicibus notavi, juris publici feci in Δελτίωι (1) ἑλληνικῆς ἀλληλογραφίας, quod Athenis sumptu curaque Gallicæ scholæ editur [*Bulletin de correspondance hellénique* (Δελτίον ἑλληνικῆς ἀλληλογραφίας), II (1878), p. 133-150; cf. p. 317 sqq., ubi, quæ typographorum vitio aut omissa aut prave scripta erant, correcta sunt]; addidi etiam (p. 150-161) specimen quoddam editionis criticæ, quod Hellenicon caput primum cum apparatu critico complectitur. Hujus

(1) Illud ι, quod vulgo suscribitur, ubique, veterum usu revocato, ascribemus, ita tamen ut in eo notando constanter minoribus litteris utamur.

vero disputationis ordo hic erit ut primum de codicibus Hellenicon deque editionibus, quæ quidem aliquid novi attulisse videantur, exponatur; deinde de eodicum familiis cognationibusque disputetur; tum ut ex his colligatur, qua ratione textus constituendus sit; post vero, quam corruptus interpolatusque ad nos pervenerit, ut nonnullis exemplis confirmetur; denique de orthographia quoque quæ in Xenophonte edendo recipienda esse videatur pauca dicantur; postremo ut etiam gravissima illa quæstio, de qua supra diximus, leviter attingatur doceaturque, sintne Hellenica Xenophonti abjudicanda necne, id non ante vere æstimari posse quam rem criticam bene cognitam ac perspectam habueris.

QUA REI CRITICÆ TRACTANDÆ RATIONE

HELLENICON XENOPHONTIS TEXTUS

CONSTITUENDUS SIT

CAPUT PRIMUM

De codicibus Hellenicon manu scriptis deque editionibus criticis.

§ 1. — Codices Hellenicon manu scripti, qui quidem adhuc noti sint, quindecim supersunt :

Parisini sex, quos litteris A, B, C, D, E, L notabimus;
Mediolanensis Ambrosianus a;
Veneti Marciani V, *v*, *v'*;
Florentini Laurentiani M, N;
Perusinus P;
Ravennas R;
Leidensis F.

His addendi sunt *codices nunc deperditi* H, I, K, O, Y, quorum lectiones in marginibus veterum editionum ascriptæ sunt.

Horum codicum quibus viris notitia debeatur nunc est videndum, simulque de editionibus dicendum quæ primæ apparatum criticum exhibuerint, Gailiana, Dindorfiana, Breitenbachiana, Sauppiana.

§ 2. — Gailius cum Xenophontis opera omnia ederet (Parisiis, annis 1797-1814), in Hellenicis usus est cum codicibus sex Biblio-

thecæ regiæ Parisiensis, tum etiam exemplari quodam suo editionis anni 1561 Stephanianæ, in quo aliquis ex uno vel, ut ait Gailius (t. VII, II, p. 104), pluribus codicibus lectiones ascripserat, quas ipse littera Y significavit. Et codices quidem Parisini hi sunt (vide *l. l.*, p. 89-93) : primum duo sæculi quarti decimi, B (n° 1738) et alter (n° 317), a Gailio littera F notatus, qui nobis ut L. Dindorfio L erit; —— horum mutilus uterque : nam initio libri septimi B ante verbum Ἀντίοχος (1, 38) deficit, L autem in verbis ἄλλος ἄλλη παρα- (§ 21) ; præterea in B folium excidit quod erat a verbo ἀκοντί- [ζοντες] VII, 1, 21 usque ad ἔπιπτον (§ 31) ; —— deinde codex D (n° 1642) sæculi quinti decimi, alius vero, E (n° 1739), ejusdem exeuntis vel ineuntis sexti decimi ; tum sexti decimi codices A (n° 1793) et C (n° 2080), quamquam hunc Dindorfius sæculi quinti decimi, Sevinus vero etiam quarti decimi esse scripsit. Hos codices Gailius cum ad editionem Schneiderianam (Lipsiæ, 1791) contulisset, discrepantes scripturas t. VII, I, p. 337-500 vulgavit, additis etiam lectionibus codicis Y, quæ non sunt ita multæ, et codicis Schneiderlani cujusdam Marciani G, qui nobis *v'* erit, lectionibus aliquot, quas Schneiderus a catalogo Bibliothecæ Marcianæ Zanettiano descripserat.

Reperias etiam apud Gailium (t. VII, II) ipsius manus codicis cujusque exempla : ex A locum III, 3, 2 ; ex B, IV, 1, 7 συμβουλεύοιμ' — οὖσαν et V, 1, 13 ; ex C, I, 4, 21 καὶ μετ' αὐτοῦ — στρατηγοί et II, 2, 7 ; ex D, V, 4, 9-10 ἔπεμψαν — ἀκρόπολιν, VII, 1, 42 πιστά — οἴκαδε, VII, 5, 20 ἐπεγράφοντο — ὄντες ; ex E, III, 5, 5 καὶ ὡς — εἴων et VII, 2, 6-7 φυγῇ — πυλῶν ; ex F (= L), VI, 5, 32 τὸ μὲν μή — ἡμέρας.

Codices A, C, E quamquam post Gailium nemo tractavit, tamen, cum in codicibus B, D Gailius multa omiserit, nonnulla male legerit, etiam illos num satis diligenter inspexerit dubitandum est. Certe in locis I, 1, 1-18 et I, 7, 34-35, cum codices A, C, E ipse contulissem, complura apud eum deesse vidi. Sunt vero etiam loci, in quibus Gailium Gailio ipso teste neglegentiæ convincas : veluti I, 4, 21, ubi in codice C οἱ ante ἠρημένοι deesse scripsit, cum in scripturæ specimine esset οἱ ἠρημένοι, aut II, 2, 7, ubi cum in eodem codice σύν ante διακοσίαις deesse ex eodem scripturæ specimine videas, nullam tamen ejus rei men-

tionem fecit. Adde quod in lectionibus describendis nullam accentuum rationem habuit.

Sed tamen hos codices minoris esse momenti infra dicetur. Quod vero magis mirere, codice L, qui est unus de antiquissimis, neque eum Gailius totum contulerat, sed perraro ejus mentionem facit, nemo post eum est usus. Hunc igitur usque ad finem libri quarti contuli; locum vero V, 1, 1-17 diligenter inspexit a me rogatus Æmilius *Châtelain,* qui postea Scholæ Gallicæ quæ est Romæ socius fuit.

Codices B et D postquam Hæusserus ad locum III, 1, 5—2, 20 denuo contulerat (vide Hertlein, *Observationes criticæ in Xen. histor. Gr.*, part. II, Wertheim, 1841, p. 2 sqq.), L. Dindorfius totos de integro excutiendos curavit : qui labor nescio an Duebneri fuerit : scripsit certe Dindorfius (1), cum quidem p. XI præfationis de codicibus Parisinis, Marcianis, Laurentianis, Leidensibus, Monacensi loqueretur, quorum collationes novas habuisset : « ..... insigni » id se debere « humanitati virorum clarissimorum Francisci de Furia et Josephi Valentinelli, tum *Fr. Duebneri,* denique C. G. Cobeti, N. B. Kappeyne van de Coppello, et J. Geelii ». Eosdem autem codices jam anno 1842 etiam G. Sauppius contulerat, et codicem quidem D totum, B autem usque ad II, 2, 10 ; qui quas notavit lectiones juris publici fecit primum librorum I-III in *Quæstionum Xenophontearum part. IV* (Liegnitz, 1861), deinde totius operis, omissis tamen quæ leviqris momenti videbantur, in editione sua anni 1866 (Lipsiæ, apud B. Tauchnitz). Hic igitur cum codicis B collationem Dindorfianam satis accuratam esse fateatur, utpote in qua e primis Hellenicon paragraphis ducentis triginta septem notas quadraginta tantum quattuor ab suis discrepantes invenerit, codicem D Dindorfium minus diligenter collatum habuisse scribit, in quo ex eisdem paragraphis ducentis triginta septem notæ fere ducentæ quadraginta quinque Dindorfii ab suis differant. Ego codices B et D, ut ceteros, ad locos I, 1, 1-18. 7, 34-35 inspexi.

§ 3. — Dindorfii editio anni 1853 Oxoniensis ut novas codicum B et D collationes exhibuit, ita etiam alia auxilia attulit, lectiones ex codicibus F, H, I, K, M, N, V, *v*, *v'*, O.

(1) Vide ejus editionem Oxoniensem.

Quem Dindorfius littera F notavit, Leidensis est, « ex libris Perizonii n° 6 », quem recentem esse, sed accurate scriptum testatur Valckenaër. In fine libri primi litteris rubris scriptum habet : ἀπὸ ἀδιορθώτου πάνυ ἐγὼ ὄλβιος μετ' ἀριστείδου ἀθήνησιν. Hujus lectiones Valckenaër in margine editionis cujusdam anni 1581 Stephanianæ descripserat, quæ est in Bibliotheca Leidensi : qua Dindorfius videtur usus esse, non codice ipso. Quod vero in præfatione editionis Sauppianæ, p. VI, legitur « quod inter libros Perizonianos sit volumen chartaceum (fol. 8) præter alia Hellenica continere seculi 15, litteris humanissime ad me datis scripsit W. G. Pluygersius, bibl. Lugd. Bat. præfectus doctissimus », hoc ita intellego ut ad codicem illum F referendum esse putem.

Codicis H nunc deperditi lectiones asservantur in margine editionis Aldinæ, quæ est in Bibliotheca Monacensi, a Petro Victorio descriptæ : qui tamen aliqua videtur omisisse, cum per tota capita nihil notaverit. Quas lectiones jam vulgaverat Dindorfius in præfatione editionis suæ Teubnerianæ anni 1824.

I codex est ignotus, cujus scripturas, in editionis Aldinæ, quæ est in Bibliotheca Leidensi (n° 923, catal. p. 226 sqq.), margine notatas, in marginem Stephanianæ, de qua supra diximus, transcripsit Valckenaër.

K codex est et ipse ignotus, cujus lectiones e margine editionis Basileensis (« ex legato Perizonii F° n° 28 »), quæ est in Bibliotheca Leidensi, Valckenaër in alterius ex eadem Bibliotheca editionis Basileensis (« Perizon. n° 85 ») marginem transcripsit. Animadvertendum est autem hunc codicem Valckenaërum significare, quotiens in margine Stephanianæ littera C utatur, qua littera se notare dicit « varias lectiones in margine editionis Basileensis e codice Leidensi ».

M et N codices sunt Laurentiani, plut. LXIX, 12 et 15, sæculi quinti decimi uterque; N etiam ascriptum habet annum στπξγ (= 6963), indictionis tertium, a mundo creato scilicet; qui est annus post Chr. 1454-1455. Utriusque lectiones aliquot affert Dindorfius ad lib. III, cap. 3. Ego locos inspexi I, 1, 1-18. 7, 34-35. III, cap. 3. V, 1, 1-17. Sed mihi videtur Dindorfius, quæ in altero essent, nescio quo modo alteri tribuisse; item scholia, quæ ille

p. VII sq. ex M affert, ego ut ex N notavi (1); quorum quoniam mentio incidit, reliqua quæ ex eodem codice notavi scholia, parvi quidem facienda, hæc sunt : I, 2, 6 αἰσθέσθαι καὶ αἰσθάνεσθαι διαφέρουσι· τὸ μὲν γὰρ αἰσθέσθαι ἐπὶ τοῦ ἀκριβῶς εἰδέναι τί [*sic*]· τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τοῦ ὑπονοεῖν τί. — In pagina sequenti scholion est de talento Græco, quantum efficiat et in quas partes distribuatur. — In pagina sequenti, scholion de verbo πράττω, quid intersit inter πράττω et πράττομαι (= τὸ οἰκονομικῶς ἢ πολιτικῶς ἢ διὰ μέσου τινὸς διενεργῶ), item de πράττω = διάκειμαι et de πράττομαι χρήματα. — Duobus paginis infra, scholion est de præpositione ἀνά: quam vim distributivam habeat; quid valeat in verbis compositis; σημαίνει δὲ καὶ φανέρωσιν, velut in verbo ἀναρρηθῆναι. — In pagina eadem : quid intersit inter oratorem (ὁ ῥήτωρ) et virum civilem (ὁ πολιτικός). — I, 6, 8 ἤδη· ταχέως· « φεύγοις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς. » Καὶ ἀντὶ ἐγγὺς τοῦ παρόντος καὶ ἐπίρρημα χρονικόν. — In pagina sequenti explanantur verba ἐπιβάται, ὀλιγώρως. — Tribus paginis infra explanatur verbum διαψήφισις (= ἡ κρύβδην ψῆφος φερομένη). — I, 7, 4 οὐ φάσκοντας· μὴ θέλοντας. — I, 7, 20 ἀποδικεῖν· ἀπολογεῖσθαι. — I, 7, 35 προβολὴ γραφὴ κατὰ τῶν συκοφαντούντων. — Pagina post finem libri primi altera : αὗται ἱεραὶ τριήρεις δημόσιαι εἰσὶν [*sic*] ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπόμεναι ὡς (ex correctione : nam scriptum fuerat καί) ταχυναυτοῦσαι καὶ ἦσαν ὡσὰν ὑπηρέτιδες ταχεῖαι οὖσαι. — Perrara deinde fiunt scholia neque ulla alia notavi, præter hoc : τέλη παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐκαλοῦντο οἱ καθ' ἕκαστα τῶν πραττομένων ἀνακρίνοντες καὶ δοκιμάζοντες τὰς ψήφους ἐπῆγον.

Codicem V primus commendaverat Cobetus in *Oratione de arte interpretandi,* p. 68 sq. Marcianus est n° 368, sæculi quarti decimi, quamquam quinti decimi eum esse in catalogo Zanettiano est. Dindorfius ab Josepho Valentinelli, ut apposita in ipso codice nota testatur, excussum habuit. Ego dum locos inspicio I, 1, 1-18. 7, 34-35. III, cap. 3. V, 1, 1-17, nonnulla inveni apud Dindorfium minus diligenter descripta.

v et *v'* item Marciani sunt, alter n° 365, alter n° 364. Qui nobis

(1) De qua re cum mihi postea dubitatio orta esset, illene errasset an ego, scripsi ad præfectum Bibliothecæ Laurentianæ *Anziani;* qui litteris humanissime ad me datis Dindorfium errasse mihi confirmavit.

est *v'*, Dindorfio est codex G; alterum nulla littera notavit. *v* ascriptum habet annum στπμδ (= 6944), indictionis quartum decimum, qui annus est post Chr. 1435-1436, *v'* autem : ἔτει ἀπὸ $\overline{\text{Χυ}}$ (= Χριστοῦ) ᾱ, ῡ ξϑ Ν^ος Γ̃, id est, anno 1469, indictionis tertio. Hi duo codices cum fere eundem textum exhibeant, *v'* a *v* descriptum esse satis veri simile est. Codicis *v'* lectiones duodecim e libro primo (I, 1, 6. 14. 21. 22. 27. 29. 31. 2, 1. 4. 5. 3, 38. 4, 11) habet catalogus Zanettianus (Venetiis, 1740, p. 173). Dindorfius utrumque collatum habuit ad locum V, 1, 1-19. Ego utrumque contuli ad locum I, 1, 1-18, codicem *v* etiam ad locos I, 7, 34-35. III, cap. 3. V, 1, 1-17.

O codex est ignotus quem Valckenaër in margine Stephanianæ semel iterumque memorans M littera notavit.

Dindorfius quamquam editione Oxoniensi multum ad textum Hellenicon constituendum contulit, tamen neglegentia sua commisit ut in eis quæ afferat non omnino acquiescere liceat, sed sæpe ad Gailium recurrendum sit, sæpe vero quid Dindorfii codices habeant dubitandum. Neque enim quæ Gailius ex codicibus A, C, E notavit satis accurate descripsit (de qua re videas Buechsenschuetzium (1), qui e primis capitibus sex viginti locos affert in quibus notas Gailii Dindorfius male transcripsit), neque, ubi codicibus aliquot nominatim memoratis *ceteros* vel hoc vel illud habere addit, quid sibi velit illud « ceteri » satis constat. Sunt certe loci in quibus, cum *ceteros* dicat, unus codex A intellegendus esse videatur : veluti I, 1, 22 « Εὔμαχον B. C. D. E. F. G. H. I. K. V. Ceteri Εὔβουλον. » Item I, 1, 35, « καὶ ὅϑεν B. C. E. F. I. Ceteri ὅϑεν καί », qui sint hi *ceteri* dubitari potest : nam A quidem ὅϑεν καί habet ; in D vero et V, quos nomine *ceterorum* contineri facile quis credat, est καὶ ὅϑεν.

§ 4. — Editio Breitenbachiana Bibliothecæ Græcæ olim Henningsianæ, nunc Teubnerianæ (1853-1863) nihil novi attulit, quæ apud Gailium, Dindorfium, Sauppium (vide p. 3) erant satis diligenter descripta habet.

Veterum vero editionum (2), quæ fortasse ex codicibus nunc

(1) *Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogie,* 1859, p. 545-546.
(2) De quibus videas etiam Gailium, t. VII, II, p. 109 sqq.

deperditis factæ essent, majorem videtur habuisse rationem Breitenbachius quam editores qui ante eum fuerant. Quas igitur adhibuit quarumque lectiones affert, hæ sunt : Aldina anni 1502, item anni 1525 ; Juntinæ annorum 1516, 1527 ; Halensis anni 1540 ; Brylingeriana sive Basileensis anni 1555 ; Castalionea, quæ quo anno emissa esset in titulo non esse indicatum ait Breitenbachius (vide tamen Gailium, p. 113) ; Stephanianæ annorum 1561 et 1581, de quibus cf. Gailium, p. 138 ; Leunclaviana, quam anni 1594 esse ait Breitenbachius, cum Gailius Leunclavianas quattuor tantum noverit, quæ sint annorum 1569, 1572, 1596, 1625.

§ 5. — Editio Sauppiana anni 1866, etsi notas criticas selectas tantum exhibet, propterea tamen hic est commemoranda quod trium codicum primam notitiam dedit, quos litteris *a*, P, R notabimus. Et *a* quidem codex est Ambrosianus (A. 4. *Inf.*), cujus in fine ascriptum est : ἐτελειώθη τῶ στ͂ ῶ ν͂ β͂ ἔτει (= 6852), qui est annus 1343-1344. Hunc ego codicem, quem quidem inter optimos numerandum esse censeo, cum præfectus Bibliothecæ Ambrosianæ *Ant. Ceriani* liberalissime mecum communicasset, totum contuli, exceptis libri VI. capitibus 4. et 5.

P codex est Bibliothecæ civicæ Perusinæ (E, 65), R vero Bibliothecæ civicæ Ravennatis (131, 2, *B*), sæculi quinti decimi uterque. Utrumque vidi, et inspexi in P locos I, 1, 1-18. 7, 34-35. III, cap. 3. V, 1, 1-17 ; in R : I, 1-18. 7, 34-35. V, 1, 1-13.

Quod vero Sauppius etiam Turonensem codicem sæculi duodecimi commemoravit, in quo fragmenta Hellenicon inessent, catalogum Hænelianum auctorem proferens, in quo tamen est tantum (p. 483) « Xenophontis *historiæ* et Cyropædiæ », mihi scripsit vir humanissimus *Gaudier,* rhetoricæ in lyceo Turonensi professor, codicem esse Constantini Porphyrogeniti περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, quem *Gros* (1) decimi sæculi esse vellet ; inesse vero in eo Cyropædiæ et Anabaseos fragmenta, Hellenicon autem nullum.

(1) Vide Dionem Cassium ab eo editum (Parisiis, 1845), vol. I, p. LVII-LXXXIV.

CAPUT SECUNDUM

De codicum familiis cognationibusque.

§ 6. — Hi codices quibus cognationibus inter se conjuncti essent quantumque unicuique tribuendum, disputatum est præcipue a Spillero (*Neue Jahrbücher,* 1840, *Supplem.,* p. 528 sqq.), Richardo Schneidero (v. ejus *Quæstiones Xenophonteas,* Bonnæ, 1860), Breitenbachio (*Zeitschrift für Alterthumswissenschaft,* 1851, n° 61 sqq., p. 482-502. 1852, n° 36, p. 288; *Neue Jahrbücher,* 1862, p. 602-612). Quorum quæ quisque judicavit collegit Sauppius in præfatione editionis.

De eadem re cum disputationem instituere conaturi simus, præmonendum videtur nos in eis codicibus quorum notitiam parum certam habeamus, F, H, I, K, in quem numerum fortasse etiam V referendus est, earum tantum lectionum rationem habituros quas Dindorfius nominatim codices commemorans afferat, non earum quas quis in eis inesse inde colligat quod ille nullam ex eis discrepantiam notaverit. Codicum vero A, C, E collatione utemur, utut se habet, Gailiana; codicum B, D etiam Dindorfiana et Sauppiana.

§ 7. — Maximi momenti mihi videtur esse locus qui est initio libri quinti. Ubi cum in parte codicum multæ magnæque lacunæ sint quas ceteri non habeant, stirpes codicum duæ videntur esse constituendæ, quarum altera ex integro exemplari orta sit, altera ex mutilo. Ceterum lacunas habent B, *a*, L, D, V; lacunæ autem sunt hæ :

a) V, 1, 5-6 : pro verbis τριήρεις — ἐν τῇ Ῥόδῳ lacuna est in B*a*LDV; eadem omittit etiam L, sed tamen sine lacunæ signo.

b) § 7-8 : pro verbis καὶ τῶν — αἱ ἐπόμεναι lacuna est in B*a*LDV.

c) § 10 lacuna est in B*a*L pro verbo βοηθῶν; V βοηθήσων habet, D πρὸς συμμαχίαν.

d) § 10 B*a*LDV cum signis lacunarum verba omittunt hæc : Ἀθήνηθεν, — αὐτὸς μὲν τῆς, — πορρωτέρω τοῦ (hic tamen quid D habeat non satis certum est, in quo cum πορρωτέρω deesse Gailius dixerit, rectius vero, credo, Dindorfius πορρωτέρω τοῦ, Sauppius πορρωτέρω Ἡρακλείου scriptum esse ait), — χωρίω ἐνήδρευσεν ἔχων, — ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ, — ἦκον οἱ τῶν Ἀθηναίων (B habet ἦκ cum signo lacunæ ; manifesto errat Gailius qui in eo esse scribit « (Hκ om.) ον οἱ των Αθηναιων ὁ (πλιται om.) »), — αὐτῶν ἡγουμένου.

e) § 13 in B deest θάλατταν cum signo lacunæ, in *a*LV τὴν θάλατταν ; D habet ἔπλεον οὐδὲ (signum lacunæ) οὐδὲ γάρ.

f) § 13 in B*a*LD lacuna est pro οἱ ναῦται ; B etiam ἤθελ habet pro ἤθελον ; in V pro οἱ ναῦτ. est ὑπακούειν.

g) § 13 B*a*LDV ἐπεὶ μισθόν omittunt cum signo lacunæ, V autem etiam οὐκ ἐδίδου.

h) § 13 deest in B*a*LD cum signo lacunæ Λακεδαιμόνιοι ; deinde habent : ἐπὶ ταύτῃ (signum lacunæ) ἐκπέμπουσι ναύαρχον (videndus est hic de B et D Gailius, cum ea quæ apud Dindorfium sunt parum accurate notata sint) ; tum deest in eisdem, item cum lacunarum signis, δὲ εἶδον αὐτόν et ὃ δ'.

In ceteris codicibus scriptum est : ἐκ δὲ τούτου οἱ Λακεδαιμόνιοι Τελευτίαν αὖ ἐπὶ ταύτῃ ἐκπέμπουσιν ἐπὶ ταύτας τὰς ναῦς ναύαρχον. Ὡς δὲ εἶδον αὐτὸν ἥκοντα οἱ ναῦται, ὑπερήσθησαν· ὃ δ' αὐτοὺς συγκαλέσας εἶπε τοιάδε.

V autem hæc habet : ἐκ δὲ τούτου οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι εἰδότες καὶ πρότερον ὄντα ἄριστον Τελευτίαν καὶ αὖ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πράξει ἁρμόδιον ἐκπέμπουσι ναύαρχον ὡς ἡγησόμενον τοῦ ἐν Αἰγίνῃ ναυτικοῦ· τοῦτον ἰδόντες ἥκοντα πάντες οἱ ναῦται ὑπερήσθησαν· ὃ δ' αὐτοὺς ἀσπασάμενος καὶ συγκαλέσας εἶπε τοιάδε. De quibus quid judicandum sit infra disputabitur.

Harum omnium lacunarum nulla est neque in Gailianis A, C, E neque in eis quos ipse vidi, M, N, P, R, *v*, *v'*. De Dindorfianis F, H, I, K dubia res est ; sed tamen F lacunas habere non videtur, quippe qui a Dindorfio ad verbum ἀπεκομίσαντο (§ 5), quod est in prima lacuna, memoretur ; at vero codicum H, I, K ab § 5 usque ad § 13 nulla fit mentio, nisi quod de I Dindorfius ad § 5 hæc habet :

« τριήρεις — 6. ἐν τῇ Ῥόδῳ om. B. D. V. " ταῦτα ἔλιπεν ἐν παλαιῷ (tota pag., ut videtur) „ ascripsit Valckenarius de I., opinor : cujus mentio primum fit rursus s. 13. » Totum autem folium ex I avulsum fuisse cum propterea minus veri simile sit quod et ad § 4 et ad § 13 codex I nominetur, etiam in eo aut unam aut plures lacunas fuisse suspicari licet : quæ num eædem fuerint quæ sint in ceteris de quibus diximus, in medio relinquendum est. Sed de codice I nunc deperdito quam pauca nota sint, vel hoc uno exemplo intellegitur : quapropter mihi Schneiderus videtur parum recte judicasse, qui hunc codicem pro fundamento textus constituendi habere voluerit.

Sed, utcumque se res habet, illud mihi non dubium videtur, quin codicum stirpes distinguendæ sint duæ, quarum ad alteram B, *a*, L, D, V (I ?) pertineant, ad alteram A, C, E, M, N, P, R, *v*, *v'*, F (?), quibus forsitan H, K addendi sint. Priorem igitur stirpem littera *x*, posteriorem littera *y* notabimus. Atque, ut initio libri quinti ea quæ in codicibus stirpis *x* desunt ex stirpe *y* supplentur, ita locus est V, 3, 18 : ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντεξήιει αὐτῶι, τότε τῆς Ὀλυνθίας εἴ τι ὑπόλοιπον ἦν ἐδήιου καὶ εἰς τὰς συμμαχίδας ἰὼν αὐτῶν ἔφθειρε τὸν σῖτον, ubi verba τότε — αὐτῶν soli servarunt B, *a*, D, I, V, ceteri, id est, stirpis *y* codices, omnes omittunt.

§ 8. — Sed, priusquam hanc de codicum cognationibus quæstionem absolvamus, qui factum sit ut, quem ad stirpem *x* rettulerimus codicem V, is in loco V, 1, 13 tam diversum a ceteris ejusdem stirpis codicibus textum exhibeat, paucis dicendum est. Qua de re satis erat ea laudare quæ Dindorfius in editionis Oxoniensis præfatione optime disputavit, nisi viderem virum gravissimum subtilissimique ingenii Cobetum, omnium qui nunc Græcis litteris student magistrum, eo fortasse lapsum quod hominum animus ita natura comparatus est ut, quæ quis ipse invenerit, eis præter cetera indulgeat, codici V tantum tribuisse ut duas ex eo lectiones multum a ceteris codicibus discrepantes etiam in textum quem Amstelodami anno 1862 edidit recipiendas esse judicaret.

In loco igitur V, 1, 13 si illa quæ codex V habet cum eis quæ sunt in reliquis codicibus contuleris, facile videas in ceteris codicem V cum vulgata lectione consentire ; ubi in reliquis ejusdem

stirpis codicibus lacunæ sint, ibi tantum ab alterius stirpis codicibus, in quibus nihil desit, plane diversa exhibere : ex quo suspicari licet librarium qui codicem V descripserit easdem in exemplari suo lacunas invenisse, quæ sunt in ceteris, sed eas audacissime de suo explevisse. Cf. etiam *c*) et *g*), item locum IV, 1, 30 ἔνθα δὴ Ἀγησίλαος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν τριάκοντα χαμαὶ ἐν πόαι cett., ubi verba ἔνθα δὴ Ἀγησίλαος in A C E servata omittunt sine lacunæ signo B*a*L D V I, in V autem post τριάκοντα additum est σὺν οἷς καὶ ὁ Ἀγησίλαος. Quod si cui illa res dubia videbitur, hos locos conferat, ubi, cum in codice L lacuna sit, codices V aut D a vulgata lectione longe discrepant, et quidem ita ut diversa uterque exhibeat (1).

II, 3, 51 εἰ ἀνήσομεν. — L : εἰ (lacunæ signum) νήσομεν. V.: εἰ ξενίσομεν.

III, 4, 14 κρανέϊνα παλτὰ ἔχοντες. — E, K : χαλκᾶ. *a*, I : πάντα. — L habet lacunam. V : ταῦτα.

III, 4, 17 οἵ τε χαλκοτύποι καὶ οἱ τέκτονες καὶ οἱ χαλκεῖς καὶ οἱ σκυτοτόμοι καὶ οἱ ζωγράφοι πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον. — In L pro οἱ ζωγρ. πάντ. est lacuna. D : καὶ οἱ ζωγραφοῦντες. V : καὶ οἱ σκηνοποιοὶ πάντες τά.

III, 4, 20 καὶ προεῖπεν αὐτοῖς. — P N : προσεῖπεν αὐτοῖς. — In L pro προ. αὐτ. est lacuna. D : καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς. V : καὶ ἐπὶ τὸν Σαρδιανὸν τόπον ἰέναι ἔλεγεν.

III, 4, 21 ὁ μέντοι Τισσαφέρνης ταῦτα μὲν ἐνόμισε λέγειν αὐτὸν πάλιν βουλόμενον ἐξαπατῆσαι. — In L pro αὐτ. πάλ. est lacuna. D : αὐτὸν ὡς. V hæc habet : λέγειν αὐτοῖς προσποιούμενος, ἵν' αὐτὸν ἐξαπατήσαι.

Ibid. ἀλλ' ὥσπερ προεῖπεν εὐθὺς εἰς τὸν Σαρδιανὸν τόπον ἐνέβαλε. — L : ὥσπερ προ (lacunæ signum) εἰς τόν. D : ὥσπερ πρότερον εὐθὺς εἰς τόν. V. ὥσπερ πρότερον ἐπηγγείλατο εἰς τόν.

III, 5, 14 νῦν δὲ πάντων. — L pro νῦν habet lacunam. V : τῶν.

V, 1, 10 ἔνθα ἡ Τριπυργία. — B : ἐν Τριπυργίᾳ. E : ἔνθα ἡ Γρυπυργία. — L : ἔνθα (lacunæ signum) πυργία. V : ἔνθα ἡ Τετραπυργία.

(1) Ad omnes hos locos ubi de *a* nihil notatur, intellegendum est eum vulgatam tueri.

V, 1, 14 εὔχομαί τε οὐδὲν ἧττον ζῆν ὑμᾶς. — L pro οὐδέν habet lacunæ signum. V : ὅπως οὐχ.

V, 1, 16 ἵν' ἡδέως μὲν ξυμπονῶμεν, ἡδέως δὲ ξυνευδαιμονῶμεν. — L : lacunæ signum. D : ξυνδειπνῶμεν. V : ξυνευποιῶμεν.

V, 1, 17 εὖ ἴστε ὅτι ἅμα τροφήντε καὶ εὔκλειαν. — Lacunæ signum est in L pro ἴσ. ὅτ. ἅμ. τροφ. D : ἴστε ὅτι μεγαλοφροσύνητέ. V : ἴστε καὶ ὠφέλειαν ἱκανήν(1).

In eis quos nunc afferam locis quid L habeat nescio.

V, 1, 25 χρῆσθαι τῇ εἰρήνῃ. — D : συνθέσθαι τῇ εἰρήνῃ. V : ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην.

V, 1, 33 ἀλλὰ πείσας τοὺς ἐφόρους εὐθὺς ἐθύετο. — D pro εὐθ. habet ἐξιέναι, V διαβῆναι.

V, 1, 36 αὐτονόμους δὲ ἀπὸ τῶν Θηβαίων τὰς Βοιωτίδας πόλεις ἐποίησαν, οὕπερ πάλαι ἐπεθύμουν. — Pro ἀπὸ τ. Θηβ. habent D ἀπὸ τούτου, V πάσας. Deinde D : οὕπερ καὶ ἐπεθύμουν, V : οὕπερ μᾶλλον καὶ ἐπεθύμουν.

V, 2, 24 τὸν ἐλάττω ἔχοντα δύναμιν. — D : ἐξαίρετον ἔχοντα. V : ἔχοντα τοιαύτην.

VI, 5, 27 οἱ δὲ Θηβαῖοι, ἐπεὶ ἤισθοντο τὰ πεπραγμένα ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων, πολὺ δὴ θρασύτερον κατέβαινον. — D : ἐπέδραμον. V : ἐπολέμουν.

Alii vero sunt loci similes, ubi L lacunam non habet.

III, 4, 1 ἰδὼν τριήρεις Φοινίσσας τὰς μὲν καταπλεούσας ἄλλοθεν. — D : καταγομένας. V : συλλεγομένας ὡς.

III, 4, 3 ἐβουλήθη ἐλθὼν (ἀπελθὼν L) θῦσαι ἐν Αὐλίδι. — D pro ἐλθ. θῦσ. habet διαπλεῦσαι, V θυσιάσαι.

III, 4, 27 τοῦτο δ' ἐποίησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοιῶδε λογισμῷ ὡς, εἰ ὁ αὐτὸς ἀμφοτέρων (L : ἀμφοτέροις) ἄρχει (BD : ἄρχοι). — Pro omnibus his est in V : ἔγνωσαν γὰρ ὅθ' (= ὅτι!) οὕτω.

V, 2, 20 pro εἰς τοὺς μυρίους habet D εἰς τοὺς Ἀκανθίους, V εἰς τοὺς συμμάχους.

V, 2, 29 ἡγεῖται εὐθὺς εἰς τὴν ἀκρόπολιν. — V : ἔρχονται εἰς τ. ἀκρ.

---

(1) Cf. etiam IV, 8, 11, ubi, cum nomen ποδάνεμος soli servaverint B *a* I, in L vero scriptum sit ποδο (lacunæ signum) μος, D ποδόμιμος habet, C πόμος, V πρόξενος, AE πολίμαρχος.

His omnibus locis nihil equidem dubito quin commune exemplar, unde et V et D descriptus sit, lacunas habuerit, quas codicis utriusque librarius de suo expleverit. Sunt vero etiam multi alii loci, ubi, cum V diversa a ceteris codicibus habeat, ea ex correctione librarii orta esse videantur. Ex quibus nonnulla hic afferam :

I, 1, 30 ἰδίᾳ δὲ οἱ πρὸς Ἑρμοκράτην προσομιλοῦντες μάλιστα ἐπόθησαν τήν τε ἐπιμέλειαν καὶ προθυμίαν καὶ κοινότητα. — V : κοινότητα αὐτοῦ.

I, 2, 5 βοηθησάντων τῶν ἱππέων ἕνα μὲν ζωὸν ἕλαβεν, ἑπτὰ δὲ ἀπέκτεινε. — V (itemque *v'*) : ἕνα μὲν πεζόν.

I, 3, 17 ναῦς συλλέξων αἳ ἦσαν ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ ἄλλαι καταλελειμμέναι φρουρίδες ὑπὸ Πασιππίδου καὶ ἐν Ἀντάνδρῳ, καὶ ἃς Ἀγησανδρίδας εἶχεν ἐπὶ Θράικης. — V : ἄλλαι τε.

I, 4, 2 ἔλεγον ὅτι — πάντων ὧν δέονται πεπραγότες εἶεν. — V : ἐδέοντο.

I, 5, 6 ὁπόσας ἂν βούλωνται. — V : ὁπόσας βούλονται.

I, 5, 7 ὥστε τὸ στράτευμα πολὺ προθυμότερον εἶναι. — V : προθυμότερον ἦν.

I, 6, 5 οὐκ ἔχω τί ἄλλο ποιῶ. — V : οὐκ ἔχω τι ἄλλο ποιεῖν.

III, 3, 7 πάλιν αὖ ἐρωτώμενος ἐν τίνι χρόνῳ ταῦτα μέλλει πράττεσθαι εἶπεν ὅτι ἐπιδημεῖν οἱ παρηγγελμένον εἴη. — V : ὅτι ὅτε.

III, 5, 24 οἱ μέντοι Θηβαῖοι εἶπον ὅτι οὐκ ἂν ἀποδοῖεν τοὺς νεκρούς, εἰ μὴ ἐφ' ᾧ τε ἀπιέναι ἐκ τῆς χώρας. — V : ἀπίοιεν.

IV, 1, 37 πρέπει γοῦν σοι (πρέπειν B*a*LD). — V : καὶ πρέπειν γοῦν οἶμαι οὕτωσί.

IV, 8, 4 ἔστι δὲ οὐχ οὕτως ἔχον [ὡς] εἰ τῇ ναυμαχίᾳ ἐκρατήθημεν. — Illud ὡς cum in omnibus codicibus desit, codicis V librarius ὅτι addidit, quod ab sensu alienum est.

V, 3, 18 Τορώνην δὲ καὶ προσβαλὼν εἷλε κατὰ κράτος. — Quid sibi vellet illud καί codicis V librarius cum non intellegeret, temere scripsit καὶ Θέρμην.

VII, 2, 16 τὸν γὰρ Πελληνέα Πρόξενον ζῶντα λαβόντες. — V : πρόξενον ὄντα.

Cf. I, 4, 16 τοῖς δ' αὐτοῦ ἐχθροῖς (ὑπάρχειν) τοιούτοις δοκεῖν εἶναι οἵοισπερ πρότερον. — Ubi, cum in ceteris sit τοιοῦτος — οἷοσπερ, parum feliciter correxit D : τοιοῦτοι — οἵοιπερ. Item I, 5, 9, σκοπεῖν ὅπως τῶν Ἑλλήνων μηδὲ οἵτινες ἰσχυροὶ

ὦσιν, codicis D librarius, verbi οἵτινες vi non satis perspecta, scripsit εἴτινες.

Et reperias etiam, quæ V aut D feliciter emendaverint : velut I, 7, 23 διηρημένων τῆς ἡμέρας τριῶν ἡμερῶν, ubi pro absurdo ἡμερῶν D et V μερῶν habent, aut VII, 1, 28 ὡς χρεὼν εἴη αὐτοὺς ἰέναι εἰς Θετταλίαν, ubi ἰέναι in solis est V et D, aut I, 3, 19 ὃς ὑπαγόμενος Θανάτου ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι διὰ τὴν προδοσίαν ἀπέφυγεν, ὅτι οὐ προδοίη τὴν πόλιν, ἀλλὰ σώσαι, παῖδας ὁρῶν καὶ γυναῖκας λιμῷ ἀπολλυμένας cett., ubi V ante ὅτι addit εἰπών, quamquam hic illud tantum affirmare licet, verbum aliquod videri excidisse, fueritne id verbum εἰπών an ἀπολογησάμενος an aliud quid in medio est relinquendum.

Cum vero solitum esse codicis V librarium quæ in exemplari suo haberet audacissime corrigere nemo negare possit, hoc mihi videtur tenendum esse ut, quotiens codex V a ceteris diversa exhibeat, ceterorum vero lectio non manifesto corrupta sit, codicis V ne qua ratio habeatur. Idem etiam de codice D dicendum est, cui Breitenbachius et Sauppius mihi videntur justo plus tribuisse. Et nunc quidem videamus quid de duobus illis locis Gobetianis judicandum esse existimemus.

Alter est I, 1, 35. Ubi, cum vulgata lectio sit : Ἄγις δὲ ἐκ τῆς Δεκελείας ἰδὼν πλοῖα πολλὰ σίτου εἰς Πειραιᾶ καταθέοντα οὐδὲν ὄφελος ἔφη εἶναι τοὺς μετ' αὐτοῦ πολὺν ἤδη χρόνον Ἀθηναίους εἴργειν τῆς γῆς, εἰ μή τις σχήσοι καὶ ὅθεν ὁ κατὰ θάλατταν σῖτος φοιτᾷ· κράτιστόν τε εἶναι καὶ Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου πρόξενον ὄντα τῶν Βυζαντίων πέμψαι εἰς Καλχηδόνατε καὶ Βυζάντιον. [36] Δόξαντος δὲ τούτου, — ὦχετο, V hæc habet : ἐν δὲ Λακεδαίμονι καλὸν ἔδοξε τοῖς τέλεσι Κράτιστόν τε τὸν Ἀριστομένου (1) καὶ Κλέαρχον cett. Quæ si receperis, præterquam quod hujus Cratisti nulla alibi fit mentio, offendit *singularis* ὦχετο, — nam scribendum fuit ὦχοντο, — offendunt etiam verba δόξαντος δὲ τούτου vel, ut Cobeto placet, δόξαν δὲ τοῦτο post ἔδοξε τοῖς τέλεσι.

At contra de vulgata lectione cur quicquam mutandum sit non video : nam recte habet quod *suasisse* Agesilaus dicitur ut etiam

(1) Ἀριστομένους secundum Dindorfium.

Clearchus in Hellespontum mitteretur; quod cum Lacedæmoniis placuisset, Clearchum cum navibus abisse. Codicis vero V correctio inde mihi videtur profecta esse quod εἶναι, quod etiam in *v* primum omissum fuit, altera deinde manu additum est, cum excidisset, librarius Κράτιστόν τε καὶ Κλέαρχον propria nomina esse putaverit.

Locus Cobetianus alter est III, 2, 27 : δηλουμένης δὲ τῆς χώρας καὶ οὔσης τῆς στρατιᾶς περὶ Κυλλήνην, βουλόμενοι οἱ περὶ Ξενίαν τὸν (τὸ codices) λεγόμενον μεδίμνω ἀπομετρήσασθαι τὸ (in codicibus B, D, A, C, E, *a*, L omissum) παρὰ τοῦ πατρὸς ἀργύριον δι' αὐτῶν προσχωρῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐκπεσόντες ἐξ οἰκίας ξίφη ἔχοντες σφαγὰς ποιοῦσι cett.; quæ omnia se recte habent, nisi quod ante δι' αὐτῶν vel post δι' αὐτῶν lacunam esse judicandum est, in qua τὴν πόλιν vel τοὺς Ἠλείους vel simile quid exciderit.

At vero quæ V habet : ἀπομετρήσασθαι ταὐργύριον πολλῶν πᾶσα ἐνεπλήσθη ἡ στρατιά· συσπειραθέντες δέ τινες τῶν Ἠλείων καὶ περί τινα συνελθόντες οἰκίαν ἐκπεσόντες τε ἐξ αὐτῆς σφαγὰς ποιοῦσι, ea ne tum quidem si cum Cobeto post ταὐργύριον lacunam esse statuas mihi satis intellegi videntur. Quid certe sit περί τινα συνελθόντες οἰκίαν ἐκπεσόντες τε ἐξ αὐτῆς, ego non video. Itaque in exemplari, unde codex V defluxerit, fuisse suspicor : ἀπομετρήσασθαι ..... ἀργύριον (nam hic quidem lacunam in eo fuisse comprobatur etiam Suidæ testimonio, qui sub verbo μέδιμνον hæc affert : καὶ παροιμία· μεδίμνω ἀπομετρῶ τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀργύριον) ..... ἐκπεσόντες ἐξ οἰκίας ..... σφαγὰς ποιοῦσι, locum vero mutilum a librario solita temeritate refictum esse.

Equidem me, quid voluerit interpolator cum πολλῶν πᾶσα ἐνεπλήσθη ἡ στρατιά scriberet, non intellegere fateor : sed tamen hujus lectionis, cum codicem mirum in modum interpolatum esse satis constet, nullam in textu edendo rationem habendam puto.

§ 9. — Codices V et D arta cognatione conjunctos esse ex eis locis quos in disputatione quæ supra est attulimus satis intellegitur : quibus multos alios facile quis addiderit, velut :

I, 1, 1 Θυμοχάρης. — D : δημοχάρης, V : Δ̊ημοχάρης.

8 εἷς ὢν τῶν στρατηγῶν. — ὢν om DV.

I, 4, 12 ἰδία μεταπεμπομένους τοὺς ἐπιτηδείους. — DV : ἰδίους (D in margine : γρ. ἐπιτηδείους).

7, 2 τῆς διωβελίας (codices διωκελίας) ἐπιμελόμενος. — AE : δεκελείας. V : διωκελίας (in margine : δεκελείας), D : δεκελείας (in margine : οὕτως ἦν διωκελίας ἐν τῷ ἀντιγράφῳ).

V, 2, 22 pro στρατιάν uterque habet εἰσφοράν.

Sed codicem L et ipsum cum V cognatum esse inde colligas quod, ut supra diximus, multis ille locis lacunas habet ubi etiam codicis V (itemque codicis D) exemplar easdem lacunas habuisse videatur. Atque id etiam aliis locis comprobatur, ubi V et L in eundem textum soli consentiunt, velut :

I, 1, 24 παρακελευσάμενος. — VL : παρασκευασάμενος.

I, 3, 5 ἀντιπαρετάξαντο. — DVL : ἀντεπαρετάξαντο.

I, 5, 12 παρ' αὐτὰς τὰς πρώρας τῶν Δυσάνδρου νεῶν. — V : πρώτας, L : πρῶτας.

I, 5, 19 οὗτος περιτυχὼν δυοῖν τριήροιν Θουρίαιν. Sic B*a*HY, item D, si Dindorfio credimus : quem Gailius habere dicit περιελθών, Sauppius vero nihil annotavit. Περιελθών est in ACE, in V autem et L περιπεσών.

I, 6, 29 ἐπετέτακτο. — VL : ἐπέτακτο.

III, 3, 2 δέοι βασιλεύειν. — VL : δέον.

IV, 8, 34 οἱ δὲ πλεῖστοι. — VL : οἱ δὲ πλείους.

38 ἐλπίδα σωτηρίας. — VL : σωτηρίας ἐλπίδα.

Sunt etiam loci, ubi eandem lacunam et codicis V librarius et codicis L de suo uterque explevisse videantur : III, 3, 4 τὸ τρίτον δὲ θύοντος. — V : τούτου δὲ θύοντος. L : Ἀγησιλάου δὲ θύοντος.

III, 5, 7 ἐπεὶ τὰ διαβατήρια ἐγένετο αὐτῷ. — V : ἐθύετο. L : ἐκέκλειστο.

Codex vero *a* tametsi cum L cognatus est, tamen neque lacunas de quibus supra diximus habet et a codice V longius recedere videtur.

§ 10. — Codicum autem stirpem hanc, quam *x* vocavimus, in partes dividi duas, quarum alteram codices efficiant *a*LDV, quos *x*″ littera notare licet, alteram unus codex B (= *x*′), multi loci videntur comprobare : veluti gravissimum est quod in loco III, 3, 5 quæ

sunt post τούτους, ἔφη, νόμιζέ σοι πολεμίους εἶναι, τοὺς δ ἄλλους πάντας συμμάχους verba : πλέον ἢ τετρακισχιλίους ὄντας τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ· ἐπιδεικνύναι δ' αὐτὸν ἔφη ἐν ταῖς ὁδοῖς ἔνθα μὲν ἕνα, ἔνθα δὲ δύο πολεμίους ἀπαντῶντας, τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας συμμάχους unus B servavit, ceteri omnes cum prioris stirpis, tum posterioris codices omittunt. Reliquos vero, qui huc pertineant, quos ex libro primo notavimus locos (1) sic afferemus ut ex altera parte codicis B lectionem, ex altera et x'' et y codicum describamus, eis autem lectionibus quæ *solæ* probandæ esse videantur asteriscos qui dicuntur præponamus, nullum contra addamus asteriscum quotiens utraque lectio *per se ipsa* probabilis sit.

B = x'	x''	y
I, 1, 3 *μέχρι..	μέχρις.	μέχρις.
4 ἀναλάβοι.	ἀναλάβῃ.	ἀναλάβῃ.
8 ὧν τῶν στρατηγῶν.	*εἷς ὧν τῶν στρατηγῶν *a*L. εἷς τῶν στρατηγῶν DV.	εἷς ὧν τῶν στρατηγῶν.
11 *ἐκ τῶν Κλαζομενῶν.	ἐκ τῆς Κλαζομενῶν.	ἐκ τῆς Κλαζομενῶν.
ἐπακτρίσι.	*ἐπακτρίδι, cf. §§ 8. 12. 13.	ἐπακτρίδι.
21 *Σηλυμβρίαν, cf. *C. I. A.* I, 229. 233. 235-237. 242. 244. 256. *Rang.* 381. Ἀθήναιον, V, p. 514. (In *C. I. G.* 2374, 81, qui est titulus ætatis posterioris, [Σηλ]υβριανός legitur.)	Σηλυβρίαν.	Σηλυβρίαν (H: Σημλυβρίαν).
22 *Καλχηδονίας, cf. *C. I. A.* I,	Χαλκηδονίας.	Χαλκηδονίας.

(1) Ceterum multi sunt in his loci qui cum ad ipsam de codicum cognationibus quæstionem nihil valeant, eo commemorantur ut codex B quid boni habeat, quid mali, intellegatur.

B = x'	x''	y
229-230. 238. 239. 244. 247. 259. *C. I. G.* 1584. 3068. *Rang.* 1953. *Orelli* 545, quibus addendi sunt nummi : *Pellerin,* II, 23 sq. *Eckhel,* II, 411 sq. *Rasche,* I, 2, 237 sqq. Etiam hominis nomen Καλχηδών occurrit, v. Φιλίστωρ, III, tab. 2, K, et alibi. (Habent vero inscriptiones etiam formam Χαλχηδών : *C. I. A.* I, 240. 258. *C. I. G.* 1936. 3793.)		
I, 1, 22 δύναντο, id est *δύναιντο.	ἠδύναντο.	ἠδύναντο.
23 *ἀπέσσυα.	ἀπέσσυται (V, ut videtur, ἀπέσσυτο).	ἀπέσσυται.
*ἀπορίομες.	ἀπορέομες (*a* ex correctione?). ἀπορίομες I.	ἀπορέομες.
24 deest σῶα.	*ἕως ἂν τὰ σώματα σῶα ᾖ.	ἕως ἂν τὰ σώματα σῶα ᾖ. (deest σῶα in C).
27 *οἴκοθεν ὅτι φεύγοιεν.	ὅτι φεύγοιεν οἴκοθεν.	ὅτι φεύγ. οἴκ.
μετὰ τῶν ἄλλων ἀήττητοι γεγόνατε ἡμῖν ἡγουμένων.	*ἡμῶν.	ἡμῶν.
οἱ εἰρημένοι.	*οἱ ἠρημένοι.	οἱ ἠρημένοι.
καὶ διὰ τὴν ὑμετέραν προθυμίαν.	καὶ τὴν ὑμετέραν προθυμίαν *a*L, item D, auctore Sauppio, quamquam Dindorfius VD διά habere scribit.	καὶ τ. ὑμ. προθ.

B = x'	x''	x
1, 29 Γνωσίους, id est, *Γνώσιος, qui est Ionicus genetivus (in Latina versione Pirckhemeri est *Gnosius*).	Γνωσία.	Γνωσία (C : Γνωσίας).
ἀπεπέμψαντο ὅπη ἐβούλοντο.	ὅποι.	ὅποι.
30 ἤμελλεν ἢ λέγειν.	ἔμελλεν ἢ λέγειν *a*LI, item D, auctore Dindorfio : quem Gailius ἔμελλε ἢ λέγ. habere ait.	ἔμελλεν ἢ λέγ. FHE, ἔμελλε ἢ λέγ. C ; ἔμελλε λέγ. A, ut videtur.
35 εἰ μή τις σχήσῃ.	* σχήσοι.	σχήσοι.
36 ξυμμάχων videtur habere B, cum neque Gailius neque Sauppius quicquam annotaverit : Dindorfius tamen συμμάχων in eo esse dicit.	* συμμάχων *a*L, item D (*Dind.*, *Saupp.*).	ξυμμάχων, ut vid.
37 ἡμέραν, quod eadem manu correctum est.	*Ἰμέραν.	Ἰμέραν.
2, 1 *ἐνενηκοστή, vide Δελτ. ἑλλ. ἀλληλ., 1877, p. 50 (1).	ἐννενηκοστή.	ἐννενηκοστή.
Ἡλείου.	V ἐνενηκοστή (*Dind.*).	A ἐνενηκοστή (*Gail.*).
	* Ἠλείου —, quamquam alibi etiam *a*LD Ἠλεῖος habent.	Ἠλείου.
12 ὁρμῶντες.	* ὁρμοῦντες.	ὁρμοῦντες.
τέτταρας μόνον ἔλαβον.	* τέττ. μὲν (D : μόνον) ἑλ.	τέττ. μὲν ἑλ.
2, 14 εἰργμένοι.	* εἱργμένοι (D : εἰργμένοι), v. Eust. ad Od., p. 1387, 3. Schol.	εἱργμένοι, ut videtur.

(1) ***Bulletin de correspondance hellénique*** (Δελτίον ἑλληνικῆς ἀλληλογραφίας), I (1877), Athenis.

B = x'	x''	y
	Arist., Ach. 330 (1). Cramer, *Anecdota Oxon.*, III, 352, 28. Etym. M. *s. v.* ἕρσαι.	
2, 14 διωρύξαντες.	* διορύξαντες.	διορύξαντες.
15 κεῖνοι.	* ἐκεῖνοι.	ἐκεῖνοι.
ἐνταῦθα δέ.	* ἐντ. δή.	ἐντ. δή.
18 ἐπήκους, ut videtur.	* ἐποίκους.	ἐποίκους.
3, 4 *ὅσον οἷόν τ' ἦν.	Deest οἷόν.	Deest οἷόν.
6 *μέχρι.	μέχρις.	μέχρις.
7 στενοπορίαν.	στενοχωρίαν.	στενοχωρίαν.
9 ἔδοσαν καὶ ἐλαβον παρὰ Φαρναβάζου.	ἔλαβον καὶ ἔδοσαν πρὸς Φαρν. *a*LI, item D (*Saupp.*); — ἔδοσαν κ. ἐλ. (πρὸς Φαρνάβαζον?) V, ut ait Dindorfius : quem tamen errasse suspicor et ἔδοσ. κ. ἐλ. V pro ἔδ. κ. ἐλ. Y (vide Gailium) scripsisse.	ἔλ. κ. ἔδ. πρ. Φ. F *v'*. — ἐλ. κ. ἔδ. (παρ. Φ.?) ACE, ut ait Gailius.
10*Σηλυμβρίαν.	Σηλυβρίαν.	Σηλυβρίαν.
11 *μέχρι.	μέχρις.	μέχρις.
ἔλθοι.	ἔλθῃ. *a*LD, ἂν ἔλθῃ V.	ἔλθῃ A, ἔλθοι CE.
ἐπειδή.	ἐπεί.	ἐπεί.
13 παρὰ βασιλέως.	* π. βασιλέα.	π. βασιλέα.
μετὰ τούτων.	* μετὰ δὲ τούτ. (deest δέ in V, auctore *Dind.*).	μ. δὲ τ.
15 παροίκων.	* περιοίκων.	περιοίκων.
16 ἔπεισε.	* ἔπεισαν.	ἔπεισαν.
17 *Ἀγησαν-	Ἡγησανδρίδας.	Ἡγησανδρίδας.

(1) In poetis scænicis laudandis versuum numeris utar editionis Didotianæ, cum Dindorfianam novam (Lipsiæ, apud Teubnerum, 1876) ad manum non habeam; in fragmentis vero tragicorum editione Nauckiana.

B = x'	x''	y
δρίδας, cf. Thuc. VIII, 91, 2. 94, 1. 95, 3.		
3, 19 παῖδας ὁρῶν καὶ γυναῖκας λιμῷ ἀπολλυμένους.	ἀπολλυμένας.	ἀπολλυμένας (ἀπολλυμένους H).
4, 3 κατα τάδε.	* καὶ τάδε.	καὶ τάδε.
9 Θάσσον.	* Θάσον.	Θάσον (F Θάσσον).
11 ὅπερ.	* ὅπως.	ὅπως.
12 ἑώραν.	* ἑώρα.	ἑώρα.
13 *ἄστεως, v. *Rang*. 422. 771; — Eur., Or. 761. Phœn. 842. El. 246. Bacch. 840, ubi hæc forma metro postulatur; nam etiam Bacch. 840 ἄστεως legendum est, non ἄστεος, quod in tertio trimetri pede anapæstus apud tragicos, nisi in nominibus propriis, non admittitur; — nullum contra novi locum ubi metro cogente ἄστεος legendum esset.	ἄστεος.	ἄστεος.
16 *οὐκ ἔφασαν δὲ τῶν οἵωνπερ αὐτὸς ὄντων εἶναι καινῶν δεῖσθαι πραγμάτων.	Deest εἶναι.	Deest εἶναι.
18 τοὺς αὐτοὺς ἐπιτηδείους.	αὐτοῦ *a*L, *αὑτοῦ DV, ut videtur.	αὑτοῦ, ut videtur.
5, 1 Κρατισιππίδα.	* Κρατησιππίδα. DV, ut videtur; Κρατισιππίδα. *a*L.	Κρατησιππίδα.
τῆς ναυμαχίας παρεληλυθυίας.	* ναυαρχίας.	ναυαρχίας (ναυμαχίας A).

B = x'	x''	y
5, 1 * μέχρι.	μέχρις.	μέχρις.
2 σὺν τοῖς Λακεδαιμονίοις πρέσβεσιν, quod habet etiam Y, sed in B Λακεδαιμονίοις altera manu factum est Λακεδαίμονος.	σ. τ. ἐκ Λακεδαίμονος πρ.	σ. τ. ἐκ Λακεδαίμονος πρ.
4 * διδάσκοντες ὅτι.	Deest ὅτι.	Deest ὅτι.
10 * συνετέταχτο (1).	συντέτακτο (συντέτακται V).	συντέτακτο E, συνετέτακτο AC.
* ἐνενήκοντα.	ἐννενήκοντα (ἐνενήκοντα D).	ἐννενήκοντα (ἐννείκοντα E).
16 ἠγγέλθη ναυμαχία.	* ἠγγ. ἡ ναυμαχία.	ἠγγ. ἡ ναυμαχία.
18 εἴκοσιν.	εἴκοσι DV, εἴκοσιν *a*L.	εἴκοσι.
19 ἀφῆσαν.	* ἀφεῖσαν *a*LD.	ἀφεῖσαν.
6, 3 τὰς ναῦς παραδοῦναι.	παραδοῦναι τὰς ναῦς.	παραδοῦναι τὰς ναῦς.
4 κινδυνεύσειεν.	* κινδυνεύοιεν.	κινδυνεύοιεν, in C cum dubitationis signo.
5 * ἐροῦντα.	ἐροῦντας (*a* altera manu : ἐροῦντα).	ἐροῦντας (in E littera ς videtur post addita esse) ; ἐροῦνται K.
6 τολμήματος vel τολμήματες.	* τολμήσαντος.	τολμήσαντος.

(1) Augmenti syllabici in plusquamperfectis omissionem, quam Ionicam esse veteres grammatici dicunt (schol. Aristoph., Ach. 10 ; Chœrob., p. 595 Gaisf.), minus Atticam esse propterea puto quod, cum loci sint ubi augmentum metri necessitate requiratur (velut Arist., Ach. 145. Av. 470. Eccl. 650. Equ. 822 ; Æsch., Prom. 211), nullus contra, quod sciam, apud poetas scænicos est locus ubi non aut augmentum addere per metrum liceat (velut Ar., Ran. 426, ubi pro κἄκλαε καὶ κεκράγει, quod est in codicibus VR, manifesto κἄκλαε κἀκεκράγει legendum est ; item Vesp. 605 et Eur., Iph. A. 404) aut crasis vel aphæresis habeat locum (Ar., Ach. 10. Nub. 962. 1347. Vesp. 1305. Pac. 615. Thesm. 596 ; Soph., Ant. 1202 ; Eur., Fragm. 566). Videas etiam Herodianum apud Hermannum, *De em. rat. gramm. Gr.*, p. 311.

B = x'	x''	y
6, 7 ταῖς ἐπὶ ταῖς Θήραις φοιτήσεσιν.	*τ. ἐπ. τὰς Θύρας (*a*: ταῖς Θύραις) φοιτ.	τ. ἐπ. τὰς Θύρας (H: ταῖς Θύραις) φοιτ.
*τὸ αὐτοῦ (id est, αὑτοῦ) δυνατόν (*Dind.*; tacent de ea re et *Gail.* et *Saupp.*)	αὐτῶι *a*L; αὐτῶ, ut videtur, DV.	αὐτῶι, ut videtur, A; αὐτῷ CEY.
10 ἐπ' αὐτούς.	*ἐπ' αὐτόν.	ἐπ' αὐτόν.
11 *συμβάντων ἡμῖν.	ὑμῖν.	ὑμῖν.
12 ἀντιοῦσθαι.	ἐναντιοῦσθαι.	ἐναντιοῦσθαι.
15 φύγοι.	φύγηι.	φύγηι.
16 ἀρίστας ἐρέτρας.	*ἀρίστους ἐρέτας.	ἀρίστους ἐρέτας.
19 σῖτον, quod quis forsitan σίτου legendum esse conjiciat.	σίτων, quod in V ejusdem manus correctione factum est σίτου.	σίτων.
κοιλήν.	*κοίλην.	κοίλην.
21 *ἀφορμήσασαν.	ἐφορμήσασαν.	ἐφορμήσασαν (E : ἐφώρμησαν).
22 *εἰς τὸν εὔριπον τὸν τῶν Μιτυληναίων.	Deest τόν.	Deest τόν.
24 εἰσβιάζοντες.	*εἰσβιβάζοντες.	εἰσβιβάζοντες.
25 ἅπασαι.	*αἱ πᾶσαι.	αἱ πᾶσαι.
26 Μελέαι (*Dind.*, *Saupp.*).	*Μαλέαι.	Μαλέαι (E Μελέαι, ut putat *Dind.*; nam apud *Gail.* quidem hæc sunt : Μιλεα B, E).
29 ταξιαρχῶν.	*ταξιάρχων, ut videtur.	ταξιάρχων (?).
μίαι (*Saupp.*).	*μιᾶι, id est, μιᾶς.	μιᾶι.
32 ἔφη εἶναι.	εἶναι ἔφη.	εἶναι ἔφη.
36 μέλης (*Dind.*).	*κέλης.	κέλης.
ἑαυτοῦ priore manu (*Dind.*).	*ἑαυτῶν.	ἑαυτῶν.

B = x'	x''	y
6, 38 *ἀπεδεδράκεσαν, quod habet etiam Y.	ἀποδεδράκεσαν.	ἀποδεδράκεσαν.
7, 1 οὐδέν.	*οἱ δ' ἐν.	οἱ δ' ἐν.
2 Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δήμου τότε προεστηκώς.	Deest ὁ τοῦ δήμου.	Deest ὁ τοῦ δήμου.
Ἐρασινίδην.	τὸν Ἐρασιν.	τὸν Ἐρασιν.
4 δικαίους εἶναι λόγον ὑποσχεῖν τοὺς στρατηγούς.	Deest τοὺς στρατηγούς.	Deest τοὺς στρατηγούς.
5 τριηραρχῶν.	*τριηράρχων, ut videtur.	τριηράρχων (?).
9 προτεραία.	*προτέρα (*a* : προτεραία).	προτέρα.
ἅπαντας.	πάντας.	πάντας.
12 *προσεκαλέσαντο.	προεκαλέσαντο.	προεκαλέσαντο.
15 πρυτάνες; nam errat Sauppius, qui B πρυτάνεις habere ait.	*πρυτάνεις.	πρυτάνεις.
16 *πάντα ποιήσειν, cf. Athen., V, 217 F — 218 A.	Deest πάντα.	Deest πάντα.
19 *μάλιστ' ταλήθῆ, id est, μάλιστα τἀληθῆ.	μάλιστ' ἀληθῆ.	μάλιστ' ἀληθῆ.
20 τῶν Ἀθηναίων δῆμον.	*τὸν τῶν.	τὸν τῶν.
21 *τῆν ὅλην πόλιν.	Deest ὅλην.	Deest ὅλην.
22 ἐάν τις ἢ — προδῶ ἢ — κλέπτη. κριθήσεται.	*προδιδῶ. *κριθέντα *a*LV, item D secundum *Dind.*; in quo *Gail.* esse dicit χριθέντα.	προδιδῶ (H : προδῶ). κριθέντα H, κριθέντι F, κριθέντες EK, κατακριθέντα AC.
23 *διηρημένων.	διηρημένης *a*LD.	διηρημένης AC, διηρημένων E,

B = x'	x''	y
		nisi in eis quæ habet *Gail.*: « διηρημένης A, B, C, D » errore aliquo B scriptum est pro E. Mira est Dindorfii annotatio: « *libri* (!) διηρημένων. »
7, 27 *ἀποκτείνετε, id est, ἀποκτείναιτε; — ἀποκτείναιτε habere codicem H auctor est Breitenbachius, cum Dindorfius in editione Oxoniensi de ea re taceat.	ἀποκτείνητε.	ἀποκτείνητε (C ἀποκτείνετε, K ἀποκτενεῖτε). « E ἀποκτηνειτε » *Dind.*; quod unde descripserit nescio.
34 γινομένης, item § 35 γινομένης e corr. (*Saupp.*).	*γενομένης.	γενομένης.

§ 11. — Ut autem in prioris stirpis codicibus codicem B non ab eodem exemplari ortum esse pro certo habeo atque ceteros, ita etiam posterioris stirpis codices ab duobus diversis exemplaribus videntur defluxisse, scilicet Fvv'N ab altero, ab altero ACEMPR (1).

x = B*a*LDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 1, 1 ἔχων ναῦς. Sic etiam I.	ἔχων ναῦς.	ναῦς ἔχων ACEPR, ναῦς ἔχων οὐκ M.
2 *ἀνηγάγοντο B*a*LV, ἀνήγοντο D.	ἀνηγάγοντο vv'N.	ἀνήγοντο CEMPR, ἀνηγάγοντο A.
14 *Κυζίκω.	Κυζίκω, v alt. m., Κορίνθω, v'N, item v pr. m.	Κυζίκω, ACEMR, item P alt. m. (pr. m. erasa est).

(1) Hic quoque locos afferemus non paucos qui ab ipsa re alieni sint illi quidem, sed tamen utiles esse videantur ad codicum condicionem in universum cognoscendam.

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 1, 15 ἐξαγγεῖλαι *a*LD, ἐξαγγεῖλαι BV, ἐξαγγείλλη. I.	ἐξαγγεῖλαι FHN, ἐξαγγείλαι *v* pr. m., ἐξαγγείλη. *v* alt. m., item *v'*.	ἐξαγγείλη. ACEMR; P ἐξαγγείλαι, quod, ut videtur, correctione factum est ἐξαγγείλη. Quod vero *Gailius* habere ait E ἐξαγγείλλη, ego id non annotavi.
*διαπλέων.	διαπλέων.	Item CR; ἐπιδιαπλέων AEM, P ἐπιδιαπλέων.
16 ὑπ' αὐτοῦ.	ὑπ' αὐτοῦ *vv'*N.	Item A; ἀπ' αὐτοῦ EMPR; C utrum habeat, non satis constat.
17 εἰς τὴν γῆν.	εἰς τὴν γῆν *vv'*N.	Item ACMR; πρὸς τ. γ. E; P πρός, quod correctione factum est εἰς.
25 ἐκέλευε.	« Ceteri ἐκέλευσε », ait Dindorfius; qui autem intellegendi sint nescio.	Item A; ἐκέλευεν CE.
27 αὐτοί τε καθ' αὐτούς.	Item H.	Deest τε in ACE.
28 κείνους BaD, *ἐκείνους VL.	κείνους F.	Item ACE.
30 καὶ τριηράρχων BaLDI, τῶν τριηράρχων V.	καὶ τριηραρχῶν *v'*; καὶ τῶν τριηράρχων H, « si recte notatum », ut ait *Dind.*	τριηράρχων CE, τῶν τριηράρχων A.
31 *βουλεύειν. Sic etiam I.	Item H.	βουλεύων ACEY.
32 *Θάσω.	Item H.	Item C; Θάσσω. AE.

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y' = ACEMPR
I, 2, 1 *τῶν ναυτῶν πελταστάς.		Item A; πελταστὰς τ. ν. CE.
2 *προσέβαλλε τῶι τείχει (τά pro τῶι habet L).	Item F.	προσέβαλε πρὸς τῶι τείχει ACE.
3 αὐτῶν BaLD.		*αὐτῶν ACE.
8 Συρακούσιοι BaLDI.	Item FH.	οἱ Συρακούσιοι ACE.
10 *ἀπωλώλει (1) BaLD.	Item H.	ἀπολώλει ACE.
13 *συμφυγάδα aL, item BD, auctore *Dind.*		ξυμφυγάδα ACE.
3, 12 *Μιτροβάτει BaLD, Μιτροβάτη V; de quo nomine cf. Herod., III, 120. 126. 127.	Μιτροβάτει F.	Μητροβάτει AC, Μητροβάτη E.
*καὶ ἰδίαι.	Item FH.	καὶ ἰδίαι καί ACE.
8 ἐκ τούτου δὲ Ἀλκιβιάδης μὲν ὤιχετο BL; in Va deest δέ, in D ὤιχετο.		Item AC; E: Ἀλκιβιάδης ἐκ τούτου ὤιχετο μέν.
4, 3 *συμπολεμήσων aL, item BD, auctore *Dind.*	Item F.	ξυμπολ. ACE.
σφράγισμα ἔχουσαν.	Item FH.	ἔχουσαν σφρ. ACE.

(1) Veterum grammaticorum testimoniis confirmatur in omnibus Atticis quæ dicuntur plusquamperfectis augmento Atticos usos esse; et exempla afferunt: ἠκηκόειν, ἠλαλίφειν, ἠγηόχειν, ἠνηνόχειν, ἠγρηγόρειν, ὠμωμόκειν, ὠπώπειν, ὠλώλειν, ὠρώρειν, ὠδώδειν, ὠρωρύχειν; unum excipi ἰλαλύθειν; v. Herodianum, II, 790 ed. Lentz.; Chœrob., 596 ed. Gaisf.; Etym. M. *s. v.* ἰλεύθω; Eust. ad Od. E, 60, p. 1523; Phot. *s. v.* ἠνείχετο; cf. etiam ea quæ affert Κόντος in Λογ. Ἑρμ. (Λόγιος Ἑρμῆς, σύγγραμμα φιλολογικὸν περιοδικόν κ. τ. λ., Lugduni Batavorum, 1866 sqq.), pp. 42. 114. Quod vero apud Aristophanem, Pac. 1287, est ὀρώρει, locus est epicus; apud Æsch. contra, Ag. 643, et Soph., Œd. C. 1622, in trimetris formam ὠρώρει metrum tuetur. Vide etiam epigramma apud Athenæum, II, p. 39 C, ubi pro ὠδωδώς ex Anthologia Vaticana Meinekius restituit ὠδώδει.

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 4, 6 *μέμψηται BaL, atque, ut videtur, etiam V;	εται v'μέμψ	μέμψηται E atque, ut videtur, etiam A (*Gailius* hæc habet: πεμψηται A, B);
μέμψηται οιντο D.		μέμψηται οιντο C.
8 Κεραμεικόν BDV*a*;	Item F.	Κεραμικόν ACE.
*Κεραμικόν L. Κεραμικὸς sinus vocabatur, non Κεραμεικός, cum ab urbe Κεράμω nomen haberet; Κεραμεικὸς autem vicus erat Athenis, ubi habitabant οἱ κεραμεῖς.		
13 ἀπελογήϑη;		
I: ἀπηγγέλϑη, quod correctione, ut videtur, factum est ἀπελογήϑη.	ἀπηγγέλϑη F; H idem habet quod I.	ἀπηγγέλϑη AE, ἀπελογήϑη C.
μοχϑηρότεράτε. Sic etiam I.		μοχϑηρότερόν τε ACE.
αὐτῶν BD*a*L.	αὐτό F.	*αὐτῶν AC, αὐτό E.
16 *ὑπάρχειν γάρ.	Item FH.	ὑπ. μὲν γάρ ACE.
17 *κινδυνεύσαι LVD, κινδυνεῦσαι B*a*.		Item ACE, ut videtur.
19 αὐτοῦ;	αὐτοῦ v',	αὐτοῦ CY,
αὑτοῦ I.	αὑτοῦ FH.	ἑαυτοῦ AE.
21 Λευκολοφίδου BD*a*, cf. *C. I. A.* I, 274. 276. 358; Λευκαλοφίδου L.	Λευκοροφίδου F, Λευκαφορείδου v'.	Λευκολοφίδου K, Λευκοροφίδου C, Λευκοροφείδου A.
Ibid. ἡιρημένοι.	Item FH.	οἱ ἡιρ. AC; hæc omittit E.
5, 9 *μηδὲ οἴτινες I, μὴ δὲ οἴτινες	μηδὲ οἴτινες FH.	μηδὲν οἴτινες, ut videtur, ACE.

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
BaLV, μηδὲ εἴ τινες D.		
I, 5, 9 αὑτοῖς BaLD.	αὐτοῖς F.	ἑαυτοῖς ACE.
11 αὐτοῦ aL, item B (auctore *Dind.*);		
*αὑτοῦ DV, ut videtur.		αὑτοῦ, ut videtur, ACE.
13 *συντάξας aL, item BD, auctore *Dind.*		ξυντάξας ACE.
Eandem inter codices discrepantiam etiam his locis videas : 6, 3. 4. 11. 14. 16. 29. 7, 6. 8. 12. 16. 17. 19. 23. 25. 30.		
15 ἐπειδή. Sic etiam I.		ἐπεί ACE.
18 *σύν aL, item BDV, auctore *Dind.*		ξύν ACE.
ΦανοσθένηDV, ΦανοσθένηνBaL.	Item F.	Item ACE.
19 περιτυχών BaD, περιπεσών VL.	Item H.	Item Y, περιελθών ACE.
20 *συμπληρώσας aL, item BD (*Dind.*).	Item F.	ξυμπλ. ACE.
6, 2 *παραδιδοίη.	Item H.	παραδοίη ACE.
4 γινομένων BaL; γιγνομένων, ut videtur, V; *γενομένων D.		Item CE; γιγν. A.
Ibid. γινωσκόντων.		*γιγνωσκόντων ACE.
5 *ἐπί. Sic etiam I. *Dindorfius :* « ce-	Item FHv'.	Item AC; ὑπό E.

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
teri ὡς ἐπὶ. » Hi *ceteri* qui sint equidem non intellego.		
I, 6, 5 συμβουλεύω;		Item ACEY.
*συμβουλεύετε *a* alt. m., item ed. Stephaniana.		
	Dind. : « ceteri ξυμβουλεύω. » (?)	
7 *κατά γε BaLD.	Item F.	κατά τε ACE.
9 *συμμάχοις *a*LV, item B (*Dind.*). (D ?).		ξυμμ. ACE.
14 ἑαυτοῦ.		αὐτοῦ ACE.
20 *ἀνεῖχον.	Item H.	Item C; ἂν εἶχον AE.
πέμπτηι.	Item H.	τῆι π. ACE.
ἐξέπλευσεν.	Item F.	Item AE; *ἐξέπλευσαν, ut videtur, C.
Ἑλλησπόντου BaLD.		Ἑλλήσποντον AC, Ἑλλησποντο E.
22 *ὡρμίσατο BaDV, ὁρμίσατο L.	ὡρμήσαντο F.	ὡρμήσατο ACE.
23 *αὑτοῦ DV, ut videtur, αὐτοῦ BaL.		Item ACE, ut videtur.
24 τῆι ἡλικίαι.	Item FH.	ἡλικίαι. ACE.
Ibid. δέκα *a*LDV (B ?).		Item CE; *τὰς δέκα A.
28 οἱ Ἀθηναῖοι.		Item C; Ἀθηναῖοι AE.
33 *ἔχον.		Item C; ἔχων AE.
35 *ἑπτά D, ἕξ BaLV.		ἕξ ACE.
	Dind. : « ἕξ ceteri. »	

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 6, 35 δὲ ἄλλαις BaL;		
δ' ἄλλαις, ut videtur, D.		δ' ἄλλ. ACE, ut videtur.
διεκώλυσεν αὐτούς. Sic etiam I.	Item FH.	αὐτοὺς διεκώλυσε ACE.
37 *ταῦτ' aL, τοῦτ' BDV.		ταῦτ' ACE, ut videtur.
38 *εὐδιαίτερος.	εὐδιαίρετος F.	εὐδιαίρετος ACE.
7, 2 *διωκελίας BaL;	Item H;	Item C;
V διωκελίας, in margine δεκελείας;	F διωκελείας.	
D δεκελείας, in margine οὕτως ἦν διωκελίας ἐν τῷ ἀντιγράφω.		AE δεκελείας.
Ibid. ἐπιμελόμενος (1).	Item F.	ἐπιμελούμενος ACE.
*ἐπιβολήν.		ἐπιβουλήν ACE.
4 ἐπεδείκνυε.		ἐπεδείκνυ ACE.
5 μετὰ ταῦτα δέ BaLD.	Item H.	μετὰ δὲ ταῦτα ACE.
5 βραχέως BaL;		
βραχέα D, item, ut videtur, V.		βραχέα AE; βραχέος C.
6 αἰτιάσασθαι BaLD.	Item FH.	Item C; αἰτιᾶσθαι AE.
*τούτους.		Item A; τούτοις CE.

(1) Hæc forma potior videtur, cum propter veterum grammaticorum testimonium (Mœris, p. 148 : ἐπιμέλου παροξυτόνως Ἀττικῶς, περισπωμένως Ἑλληνικῶς. Thom. M., p. 350 : ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι), tum etiam propter verborum μέλομαι, μεταμέλομαι analogiam. In titulis autem hæc notavi : *C. I. A.* II; 186 (Ol. 114, 3), v. 26 ἐπιμέλεται. 31 ἐπιμέλεσθαι, — Ἀθήναιον, VI, p. 135 (in titulo quem sæculo ante Christum quarto tribuit Κουμανούδης), v. 13 ἐπιμελεῖται, item p. 152 sq. (in titulo anni a. Chr. 347), v. 16 ἐπιμελεῖτο. 50 ἐπιμελοῦνται. Quod vero apud Eur., Phœn. 556, legitur ἐπιμελοῦμεθα, tres versus 555-557, ut additicios, uncis seclusit Nauckius. Cf. L. Dindorfium in ed. Cyropædiæ Teubneriana (1871), p. IX sq. = ad Memor. I, 1, 19, ed. Oxon. (1862).

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 7, 8 ἐγίγνετο BaLDI.	Item FH.	ἐγένετο ACE.
Θηραμένη BaL;		
Θηραμένην, ut videtur, DV.		Θηραμένην ACE.
12 *καὶ ἄλλοι τινές. τοῦ δὲ δήμου ἔνιοι. Sic etiam I.	Item FH.	καὶ ἄλλοι τινὲς τοῦ δήμου ACE.
14 πρυτάνεών τινων BDI, cf. Athen. V, 217 F;	Ite	Item CEYK, quamquam de accentu, quem CEY habeant, non constat;
πρυτανέων τινων V;		
πρυτάνεων τινῶν aL, cf. § 35 στάσεως τινός.		πρυτάνεων A.
*προϑήσειν.	προσϑήσειν F.	προσϑήσειν ACE.
15 *προϑήσειν.	Item F.	προσϑήσειν ACE.
14 παρὰ τὸν νόμον BaLD.		παρὰ τοὺς νόμους ACE, item Athenæus *l. l.*
18 ἐπ' ἐκείνων BaL;		ἐπ' ἐκ. C;
*ὑπ' ἐκείνων, ut videtur, V;		ὑπ' ἐκ. A;
D ἐπ' ἐκείνων, quod priore manu correctum est.		E idem habet quod D.
19 *πείϑησϑε B;	Item H.	Item C;
πείϑοισϑε aL et, ut videtur, V;		πείϑοισϑε AE.
πεῖϑῆσϑε D.		
Ibid. ἄλλου οὐδενός.	Item F.	Item E;
		οὐδενὸς ἄλλου AC.
Ibid. εἰδότας BaL, item V, ut videtur;		Item AE;
		εἰδ. deest in C.
*εἰδότες D.		
	Dind.: « ceteri εἰδότας ».	

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 7, 19 D habet deinde δόντας — πιστεύοντας.		
κολάσεσθαι B, κολάσασθαι aLDV.	-	*κολάσεσθε ACE.
20 *Καννώνου. Legendum est Καννωνοῦ, nam Theognostus, Can. 68, 19, Καννωνός inter oxytonos affert. Cum vero Κανόνου (= Καννωνοῦ) apud Hesychium inter κάνναι, κάννηκες et κανοῦν, κάντορες sit, scriptura cum νν satis certa videtur.	Item FH.	Item Y et cum dubitationis signo C; Κανώνου AE; Κόνωνος K.
22 *τόνδε.		Item C; τοῦτον AE.
23 *καὶ διαψηφίζεσθαι.	H τι διαψ., quod postea in καὶ διαψ. videtur correctum esse.	καὶ διαψ. C; τι διαψ. AK; τὰ vel τει διαψ. E.
26 *ἢ aL, item B (*Dind.*); ἦ DV, ut videtur.		ἦ ACE, ut videtur.
*ἐλευθερώσητε.	Item H; ἐλευθερώσηται F.	Item C; ἐλευθερωθήσεται AE.
27 *μεταμελήσει B, item, ut videtur, V; μεταμελήση aLD.	Item H, auctore Breitenbachio.	Item ACE, ut videtur.
*ἀνθρώπου V, item Stephaniana; ἀνθρώπους ceteri.		

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 7, 27 * ἡμαρτηκότας *a*LDV ;	Item H.	
ἡμαρτηκότες B.		Item ACE.
28 ποιήσητε B, item, ut videtur, V ;		Item ACE.
ποιήσητε L, ποιήσοιτε D*a*.	ποιήσοιτε F.	
Ibid. προὔθετο.		Item ACE.
	*προὔθετε F.	
29 *ἐπ' αὐτά VLD ;		Item ACE.
ὑπ' αὐτά B*a*.	Item H.	
Ibid. δ'ἐπί B*a*LD.		δὲ ἐπί ACE, ut videtur.
Ibid. *πρὸς Μιτυλ.	Item H ; κατὰ τ. Μιτ. F.	ἐς Μιτ. A ; Μιτ. CE.
Ibid. δὲ ἀμφότερα B*a*LD.		δ' ἀμφότερα, ut videtur, ACE.
30 καὶ τὰς Σαμίων δέκα ;	Item H.	
καὶ τῶν Σαμίων δέκα I.		Item ACE.
	Dind. : « Omittunt ceteri. » Quos vero intellegat, obscurum est.	
31 ταξιαρχῶν B ;		ταξιαρχων A ;
ταξιάρχων, ut videtur, V ;		
τριηράρχων *a*LD.	τριηρ. FH.	τριηρ. CEK.
32 παρεσκευάσαντο. Sic etiam I.	Item H.	Item C ;
		*παρεκελεύσαντο AE.
διασωθείς. Sic etiam I.	Item H.	Item C ;
		σωθείς AE.
34 * Καννώνου B*a*LD ;	Item FH*v*N.	Item PMR ;

x = BaLDV	y' = Fvv'N	y'' = ACEMPR
I, 7, 34 Κανώνου V.		Κανώνου A ; E Καννώνου, quod correctione factum est Κανώνου.
35 * μετέμελε BaLD ; μετέμελλε V.	Item vN.	Item EM ; μετέμελλε ACPR.
*προβολάς.	Item H.	Item C ; προσβολάς AE.
*τέτταρες BaLD ; τέσσαρες V.	Item v ; τέσσ. NF.	Item ACEMPR.
*στάσεως τινός B ; στάσεως τινος aLDV.	στάσεως FN ; στάσεώς τ. v.	Item C ; στάσεως E ; στάσεώς τ. AM, item, ut videtur, P.
στάσεως cum, quod ad accentum attinet, pro paroxytono habeatur, majorem mihi videtur habere rationem στάσεως τινός scribere quam στάσεώς τινος.		

Omnia illa si recte a nobis disputata sunt, stemma codicum fortasse hoc constituere licebit :



Codices K, Y, O in quem numerum referendi sint, mihi parum constat.

CAPUT TERTIUM

Quantum cuique codici in textu constituendo tribuendum sit.

§ 12. — Scriptorem antiquum quotiens quis edendum suscepit, textus constituendi triplex labor est : primum ut quid in quoque codice scriptum sit indagetur, deinde archetypum unde codices omnes orti sint quid habuisse putandum sit ut statuatur, tum, ubi ea quæ in codicibus sunt a librariis videantur profecta esse, uti lectio corrupta ad pristinam et integram formam revocetur. Quoniam igitur codices Hellenicon satis accurate cognitos et in classes discriptos habemus, qui sciri possit, ubi inter se dissentiant, quæ lectio præferenda sit, jam videndum est. Atque hic distinguendum est, sitne una lectio per se ipsa præter ceteras probanda, velut cum eis quæ sunt in ceteris codicibus aut in grammaticam peccatur aut sententia efficitur parum recta; an utraque lectio per se ipsa videatur si non æque, at certe probabilis, ita ut ex auctoritate codicum qui utramque tueantur res dijudicanda sit. Et fatendum est non omnia ad certas posse formulas redigi : nam, ut in ceteris rebus humanis sunt quæ vera esse sentias, etiamsi ratione demonstrare nequeas, ita etiam in hac re quid rectum sit, quid decens, quid cum veterum moribus atque opinionibus consentaneum, quid a Græcæ vel Latinæ linguæ natura, quid ab sermone scriptoris non alienum sæpe interiore quodam, ut ita dicam, sensu judicandum est, qui quibus deest, illi multum frustra in evolvendis voluminibus laborem consumunt. Sed tamen illè sensus nisi et multarum rerum cognitione et certa quadam via ac ratione inquirendi adjuvatur, a vero et ipse deerrare potest : quare, cum sæpe alios aliter sentire videamus, cavendum est, si quidem ceteris persuadere velis, uti eorum quæ ipse sentias etiam rationes, quatenus fieri liceat, certas afferre possis.

§ 13. — In Hellenicis igitur quid auctoritatis unicuique codici tribuendum esset, ita Breitenbachius disputavit (*Zeitschr. f. Alterthumsw.*, l. l.) ut in locis ducentis viginti ex libris I-III desumptis, codices A, B, C, D, E, F (= L), Y (quem, nescio cur, vocat G) quot lectiones haberent quæ essent per se ipsæ solæ probabiles, numeraret. Invenit autem lectiones habere optimas :

B solum	31,	A solum	7,
BD	53,	ADE	1,
BDC	33,	ADC	1,
BDCE	22,	ADCE	7,
BDCEY	1,	ADCEL	2,
BDCY	3,	ACE	2,
BDCL	1,	AE	3,
BDE	8,	D solum	5,
BDY	2,	E solum	4,
BDL	1,	CDE	1,
BC	5,	CE	1,
BEY	1,	Y solum	1,
BE	1,	quæ sic complecti licet :	
BY	3,	B	186,
BA	2,	D	157,
BAD	1,	C	97,
BADC	3,	E	70,
BADCE	11,	A	44,
BACE	2,	Y	10,
BAE	1,	L	4.

Postea, cum et Dindorfii editio Oxoniensis prodisset et Sauppii *Quæstt. Xen. pars IV.* et Rich. Schneideri de codicibus Hellenicon disputatio, eadem Breitenbachius quæstione de integro instaurata (*Neue Jahrbb.*, l. l. Præf. ed. libr. III-VII, p. VII sqq.), cum locos de libris I-III considerasset 286, lectiones optimas habere invenit :

B 273,	et quidem solum	41,
D 207,	—	3,
V 160,		
F 109,	—	2,
I 90,		
C 78,		
H 70,		

E 51,
K 22,
A 19,
Y 13;

ex quo effici codicem longe optimum esse B, proximum deinde accedere codicem D; in textu vero constituendo semper B sequendum esse, nisi ea quæ haberet manifesto corrupta essent.

§ 14. — Hæc quatenus vera essent, et ipse indagare volui. Sed, priusquam ad ea venio, quoniam hoc tempore mathematicarum quæ dicuntur disciplinarum ratio tanto honore est ut, quæcumque ad ejus formam videantur accedere, ea præter cetera certa esse ducantur, paucis præmonendum est has atque tales numerationes nisi in universum certas esse non posse, propterea quod neque, quas lectiones aliquid ad rem valere putandum sit, facile est judicare, — nemo enim vel minimorum in quibus codices inter se discrepent rationem habitam velit, — neque semper ita liber est animus ut eæ tantum lectiones in catalogum referantur quæ per se ipsæ sint solæ probabiles. In eis certe quas Breitenbachius pro optimis affert non paucas esse vidi, de quibus mihi dubia res esse videretur. Ego igitur, cum in libro primo locos 224 considerassem, tabulam ita confeci ut codicum *v*, *v'*, M, N, P, R, O, Y, quorum lectio nisi paucos ad locos nota non esset, rationem haberem nullam, codicum vero F, H, I, K in eis solum locis ubi a Dindorfio nominatim memorarentur.

B

I, 1, 3 μέχρι (et alibi).
11 ἐκ τῶν Κλαζομενῶν.
21 Σηλυμβρίαν (et alibi).
22 Καλχηδονίας (et alibi).
δύναντο, id est, δύναιντο.
23 ἀπέσσυα.
27 οἴκοθεν ὅτι φεύγοιεν.
2, 3 Γνωσίους, id est, Γνώσιος.
3, 4 ὅσον οἷόν τ' ἦν.
17 Ἀγησανδρίδας.
4, 13 ἄστεως.
16 ὄντων εἶναι.
5, 4 διδάσκοντες ὅτι.
6, 5 ἐροῦντα (sic etiam codicis *a* manus altera).
7 αὐτοῦ, id est, αὑτοῦ.
11 ἡμῖν.
21 ἀφορμήσασαν.
22 τὸν τῶν.
7, 12 προσεκαλέσαντο.
16 πάντα.
19 μάλιστ' τἀλη-

ϑῆ, id est, μάλιστα τἀληϑῆ.
7, 21 ὅλην.
27 ἀποκτείνετε, id est, ἀποκτείναιτε.

BI

1, 23 ἀπορίομες.

B*a*LD

1, 31 βουλεύειν (sic etiam HI).
2, 10 ἀπωλώλει (sic etiam H).
3, 12 Μιτροβάτει (sic etiam F).
6, 7 κατά γε (sic etiam F).

B*a*LDV

2, 2 τῶι (L : τὰ) τείχει (sic etiam FI).
3, 12 καὶ ἰδίαι (sic etiam FH).
4, 16 γάρ (sic etiam FH).
6, 2 παραδιδοίη (H).
38 εὐδιαίτερος.
ἐπιβολήν.
7, 12 τοῦ δὲ δήμου ἔνιοι (FHI).
14 et 15 προϑήσειν.
29 πρὸς Μιτυλήνην (H).

B*a*LDVA

2, 1 τῶν ναυτῶν πελταστάς.
7, 6 τούτους.

B*a*LDVAC

1, 27 στρατηγοῖς — ἑαυτῶν.
2, 4 ἐνέβαλον.
5, 16 καινῶν.
6, 4 ναυάρχους.
5 ἐπί (FHI).
11 ἐκείνους.
20 εἰσϑέμενοι.
37 οὔριον.
7, 20 ἢ ὑμῖν.
22 τοῦτο.
23 ὑμᾶς.
29 Διομέδων.
34 Μενεκλέους (E : Μενεκλέα).

B*a*LDVAE

7, 35 ἐδέϑησαν (C : ἐδεήϑησαν).

B*a*LDVC

1, 15 διαπλέων (F).
32 Θάσωι (H).
6, 20 ἀνεῖχον (H).
31 ἔχον.
7, 20 Καννώνου, id est, Καννωνοῦ (FH).
22 τόνδε.
23 καὶ διαψηφ. (H e corr.).
26 ἐλευϑερώσητε (H).
35 προβολάς (H).

B*a*LDVCE

1, 24 συμμάχοις (FHI).
27 προηγοῦντος, id est, προηγ[ορ]οῦντος.
33 παρά.
34 ἐψηφίσαντο (FI).
35 καὶ ὅϑεν (FI).
2, 17 τινας.
3, 8 συνεχώρησαν (FIK).
15 νεοδαμωδῶν, id est, νεοδαμώδων [ex eis quæ sunt apud grammaticos intellegi potest adjectivos in -ης barytonos barytonum etiam genetivum pluralem habuisse : quamquam Herodianus secundum analogiam νοσωδῶν, αὐταρκῶν cett. scribi jubebat. Vide Johann. Alex., pp. 19. 39. Arcad., p. 136. Bekk., *Anecd.*, p. 1006. Chœrob., p. 459 ed. Gaisf. Etym. M., p. 171, *s. v.* αὐ-

τάρχης. Thom. M., p. 860. — Lehrs, *de Arist. stud. Hom.*, p. 254, ed. alt.].
4, 11 τριήρων (H).
22 καὶ τοὺς Λάκωνας.
5, 18 Ἄνδρου.
19 Θουρίαιν.
7, 31 ἦσαν καί (FHK).
32 οὐ.

BLDVACE

3, 1 δυοῖν. *a* : δυεῖν.
4, 12 κατέπλευσεν (*a* alt. m.; pr. m. κατέπλευσαν).
6, 21 δύνοντι (B secundum Sauppium). *a* : δύναντι.
7, 2 κατηγόρει ἐν. *a* : κατηγ. καὶ ἐν.

B*a*DVACE

1, 6 καὶ (om. L) πεζοῖς.
23 πεινῶντι (L πεινῶν).
24 παντὶ τῶι (τῶι om. L).
30 ἐγίγνωσκε vel ἐγίνωσκε (L*v* : ἐγίνωσκον).
35 Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου (L τοῦ).
3, Πα 1 νταχλέους (L Παντικλ.).
11 ἀξιῶν (L ἄξιον).
13 Συρακουσῶν (L Συρακουσίων).
4, 12 ἦγεν (L ἦκεν).
5, 13 ἀνήχθησαν (L ἀνάχθησαν).
6, 2 θαλαττοκράτωρ (L θαλαττοπάτωρ).
3 προσεπλήρωσεν (L προσεκπλήρωσεν).
12 ταῦτ' (L τοῦτ').
19 ἑρέτας (om. L).
7, 5 ἀνδράσιν (L ἀνδρᾶσιν).
Θηραμένει (L Θηραμένη).
9 ἐντεῦθεν — στρατηγῶν (om. L).
10 ἐπιδέκατον (L ἐπὶ δέκατον).
19 ὑμᾶς (L ἡμᾶς).

B*a*DV

6, 22 ὥρμίσατο (L ὁρμίσατο).

BDVACE

7, 6 κωλῦσαν (*a*L : κωλύσαν).

B*a*LVACE

1, 1 Θυμοχάρης (V : θυμοχάρης).
2 τριήρεις.
12 ναυμαχίαν.
14 Φαρνάβαζος.
16 ἀνηγάγετο.
18 ἰδὼν δὲ ὁ.
3, 13 μὲν οὖν.
ἀπήιει.
19 σώσαι.
4, 7 Κίον [brevis est prior syllaba, vide Apoll. Rh., I, 1178. 1321. 1354. Dionys. Perieg., 806.].
6, 11 ἀγαθῶν.
16 καταφεύγει.
7, 33 ἀντί.

B*a*LVA

1, 2 ἀνηγάγοντο (D ἀνῄγοντο).

B*a*LVC

7, 2 διωκελίας, id est, διωβελίας (H, D in margine; F διωκελείας).

B*a*LV

5, 9 μηδὲ (μὴ δὲ) οἵτινες (FHI).

B*a*DACE

1, 24 παρακελευσάμενος.
5, 12 πρώρας.

6, 29 ἐπετέτακτο.

B*a*LDACE

1, 8 καὶ ναῦς.
14 τῆι δ' ὑστεραίαι — ἐκκλ.
15 πέραν.
24 μηνοῖν.
33 ὡς μαχούμενος.
35 κράτιστόν τε εἶναι cett.
2, 5 ζωόν.
3, 12 'Αρνάπει.
13 μετὰ δέ.
4, 2 δέονται.
7 'Αριοβαρζάνει.
5, 2 ἔλεγον.
5 ναῦς.
διδόναι.
ἂν βούλωνται.
8 μέν.
6, 3 πάσας.
5 τί ἄλλο ποιῶ.
10 ἀεί.
12 δέ.
28 ἐπί.
7, 5 ἐστρατηγηκόσιν.
19 μοι.
27 πρὸς δ' ἔτι.
32 ἀπό.

B*a*LDAC

4, 13 αὑτῶν (αὐτῶν).
6, 27 τῆι δ' — Μιτυλήνης.

B*a*LDE

7, 34 Καννώνου, id est, Καννωνοῦ (FH; in E correctione scriptum est Κανώνου).
μετέμελε.

B*a*L

7, 26 ἤ.

BE

7, 23 διηιρημένων.

BLAC

3, 8 ἐκ τούτου δέ — ὤιχετο (in *a* deest δέ).

B*a*ACE

3, 5 ἀντιπαρετάξαντο (L ἀντεπαρετάξαντο).

BD

5, 10 ἐνενήκοντα.

B*a*D

4, 21 Λευκολοφίδου (K).

BDC

7, 19 πείθησθε (H; D πείθ^{οι}ησθε).

BV

7, 27 μεταμελήσει.

BA

2, 1 ἐνενηκοστή (sic etiam V, nisi tamen apud *Dindorf.* errore typographico V pro A positum est).

B*a*LACE

5, 12 ἐπιτηδείους (D e corr.).

a

1, 5 δεούσαις (sic etiam *v'*).
6, 35 δέ (sine vocula καί).

a alt. m.

6, 5 συμβουλεύετε.

*a*LACE

1, 8 εἷς ὤν.
6, 37 ταῦτ'.

*a*LV

2, 14 εἱργμένοι.

*a*LVACE

2, 12 μέν (pro μόνον).

*a*LDV

7, 22 χριθέντα (H).
27 ἡμαρτηκότας (H).

*a*LDVACE

1, 11 ἐπακτρίδι.
27 ἡμῶν.
ἠρημένοι.
2, 12 ὁρμοῦντες.
14 διορύξαντες.
15 ἐκεῖνοι.
δή.
3, 13 βασιλέα.
15 περιοίκους.
16 ἔπεισαν.
4, 3 καὶ τάδε.
9 Θάσον.
11 ὅπως.
17 αὑτοῦ (αὐτοῦ).
5, 19 ἀφεῖσαν.
6, 4 κινδυνεύοιεν.
6 τολμήσαντος.
10 ἐπ' αὐτόν.
16 ἀρίστους ἐρέτας.
19 κοίλην.
24 εἰσβιβάζοντες.
25 αἱ πᾶσαι.
29 ταξιάρχων.
7, 2 οἱ δ' ἐν.
5 τριηράρχων.
20 τὸν τῶν.
22 προδιδῶι.
34 γενομένης.

*a*LDVAE

1, 24 σῶα.
5, 16 ἡ ναυμαχία.

*a*LDVCE

5, 1 ναυαρχίας.

L (?)

6, 38 Μυτηλήνη, id est (?) Μυτιλήνη [vide Eckhel, *Doctr. num.*, II, 503-506. *C. I. G.* 2211. 3214. 3614. 6074. 6101. *Rang.* 380 (Ol. 100, 3). 401 (Ol. 108, 2). 1298. — Forma Μιτυλήνη, quæ ætatis videtur esse posterioris, occurrit *C. I. G.* 2208. 2374, 51 (qui titulus non potest esse Ol. 129, 1 antiquior). *Orelli-Henzen* 4111].

LV

1, 28 ἐκείνους (F).

LD

1, 33 Ἄγις (D secundum Dindorfium). [Priorem productam esse comprobat cum locus Anthologiæ V, 161, 3, — tum Ionica forma Ἤγις.]

LACE

4, 8 Κεραμικόν.

LDVACE

4, 17 κινδυνεύσαι (*a*: κινδυνεῦσαι).
6, 50 τὰς θύρας (*a* : ταῖς θύραις).
7, 9 προτέρα (*a* : προτεραίαι).
29 ἐπ' αὐτά (*a* : ὑπ' αὐτά).

V

3, 19 εἰπὼν ὅτι.
7, 27 ἀνθρώπου.

D

6, 4 γενομένων.
35 ἑπτά.
7, 19 εἰδότες.

VA

7, 18 ὑπ' (DE e corr.).

VD

7, 23 μερῶν.

A

6, 24 τὰς δέκα.

6, 29 μιᾶς.	AE	κου (?) (in ceteris est τε Πιδόκου).
7, 31 πρὸς τούτους.	7, 32 παρεκελεύσαντο.	6, 5 μέν.
C	F	K
6, 20 ἐξέπλευσαν.	7, 28 προὔδετε.	4, 20 ἠσέβηκεν (pro ἠσεβήκει).
ACE	H	M
7, 19 κολάσεσθε.	1, 29 τε'Επιδόκου, id est, τ' 'Επιδόκου	1, 27 μέχρι (ubi ceteri omnes μέχρις).

Videmus igitur lectiones optimas habere :

B solum	23,
BI	1,
B*a*LD	4,
B*a*LDV	9,
B*a*LDVA	2,
B*a*LDVAC	13,
B*a*LDVAE	1,
B*a*LDVC	9,
B*a*LDVCE	14,
BLDVACE	4,
B*a*DVACE	9,
B*a*DV	1,
BDVACE	1,
B*a*LVACE	13,
B*a*LVC	1,
B*a*LVA	1,
B*a*LV	1,
B*a*DACE	3,
B*a*LDACE	25,
B*a*LDAC	2,
B*a*LDE	2,
B*a*L	1,
BE	1,
BLAC	1,
B*a*ACE	1,
BD	1,

B*a*D	1,
BDC	1,
BV	1,
BA	1,
B*a*LACE	1,
a solum	2 (*a* alt. m. 1),
*a*LACE	2,
*a*LV	1,
*a*LVACE	1,
*a*LDV	2,
*a*LDVACE	28,
*a*LDVAE	2,
*a*LDVCE	1,
L solum	1 (?),
LV	1,
LD	1,
LACE	1,
LDVACE	4,
V solum	2,
D solum	3,
VA	1,
VD	1,
A solum	3,
C solum	1,
ACE	1,
AE	1,
F solum	1,
H »	2,
K »	1,
M »	1;

atque, ut ea paucis complectar :

a 163,	et quidem solum	2;
B 159,	—	23;
D 154,	—	3;
L 149 vel 150,	—	1 (?);
C 147,	—	1;
V 134,	—	3;
A 132,	—	3;
E 126.		

Codicum vero F, H, I, K bonæ lectiones nominatim memorantur :

codicis F 19, quarum solus habet 1,
— H 24, — 2,
— K 4, — 1,
— I 10.

Sed eorundem afferuntur etiam malæ, scilicet :

codicis F 19 : 1, 32 καί pro κατά.
3, 2 ἐν Χαλκηδόνι.
4 ὅσω.
4, 8 Κεραμεικόν.
9 Θάσσον.
11 εἰς ||||άμον (*sic*) et εὐϑὺς ϑιου.
13 αὐτό. 21 Λευκοροφίδου.
6, 1 deest ᾧ.
18 κατὰ τὴν γῆν. 22 ὡρμήσαντο.
38 εὐδιαίρετος.
7, 9 ἑαυτοῦ.
(14 προσϑήσειν, sed § 15 προϑήσειν.)
22 κριϑέντι. 26 ἐλευϑερώσηται. 27 πρὸς δέ τι.
29 ὄντες. Ibid. κατὰ τ. Μιτ., —
codicis H 11 : 1, 30 τὴν σκηνὴν ἑαυτοῦ.
2, 1 Μεϑόρικον.
3, 9 Καρκηδονίους pro Καλχηδονίους.
4, 2 οἱ καταβαίνοντες.
5, 5 ἂν βούλοιντο.
7 deest καὶ ἔτι — προέδωκεν.
6, 7 ταῖς ϑύραις. 7, 22 προδῶ. 23 τι διαψ.
7, 29 ὑπ' αὐτά. 32 παρεσκευάσαντο (sic etiamI),—
codicis K 22 : 2, 6 ἀπέστειλε.
5, 3 ἔφη, ὅ.
6, 5 ἐροῦνται. 12 αὐτοῦ pro ναυτῶν.
13 συμβουλομένων pro οὐ βουλομένων.
ἐμβαλών pro προσβαλών.
30 παρ' αὐτόν.
'Αρισϑένης.
βέλτιστον πλεῖν.
35 ναυάρχων pro ταξιάρχων.
7, 9 φυλακῆι pro φυλῆι.

7, 19 δότε pro δόντες.
20 Κόνωνος pro Καννωνοῦ.
21 τὸν ἐμὸν προσήκοντα. 22 κριθέντες.
23 ξυλλέγεσθε ὑμεῖς δή pro ξυλλέγεσθαι ὑμᾶς δεῖ.
τι διαψηφ.
26 μὴ ἐν pro μιᾶι. 27 ἀποκτενεῖτε.
29 αὐτάς pro ἂν τάς.
30 ἀπολωλοκότων pro ἀπολωλυιῶν.
34 δίχα χειροτονίας pro διαχειροτονίας.

§ 15. — Ex his apparet codices optimos esse B et *a*: et, quamquam codicis B librarius sæpius videtur peccasse quam codicis *a*, tamen ille pluris faciendus est, propterea quod cum in prioris stirpis codicibus solus alteram classem efficiat, tum etiam haud raro veræ lectionis in ceteris omnibus prava correctione oblitteratæ vestigia servavit (velut I, 1, 22. 2, 3. 7, 19. 27), item in rebus orthographicis veteres formas paulo diligentius videtur retinuisse. — His qui bonitate proximus est L et ipse satis accuratum videtur librarium habuisse, quippe qui, quibus locis in exemplari suo lacunas invenit, eas plerumque, quales erant, notaverit, nihil de suo supplere conatus. — Codices vero D et V bonas lectiones habent illi quidem non paucas, sed mihi tamen videtur uterque per se ipse quidem parvi faciendus, cum uterque a correctore interpolatus sit. — Codex I an inter optimos numerandus sit, dubium est : quem parum notum esse supra diximus.

Alterius stirpis codices ut initium libri quinti in ceteris mutilum integrum videntur servavisse (1), ita in universum priori stirpi multo sunt posthabendi : primum quia, ut supra dictum est, hos satis accurate collatos non habemus; deinde quia, quanti faciendi sint, ex eo intellegere licet quod, cum locis 56 prioris stirpis codices sinceram lectionem exhibeant in ACE depravatam, 6 modo loci sunt ubi ex solis ACE vera lectio petenda sit. Ceterum codi-

(1) Quamquam in loco V, 1, 13 erravisse editores puto qui horum codicum ita rationem habuerint uti aut ἐπὶ ταύτηι delerent aut ἐπὶ τὰς ταύτηι ναῦς scriberent. Ego scripserim ut est in prioris stirpis codicibus : Τελευτίαν αὖ ἐπὶ ταύτηι..... ἐκπέμπουσι ναύαρχον, — ἐπὶ ταύτας τὰς ναῦς additamentum esse crediderim alicujus qui, cum in exemplari *y* lacunæ vestigia oblitterata essent, ἐπὶ ταύτηι ita interpretatus sit.

cibus C, E multo deterior est A : qui codex est venustissime scriptus ille quidem, sed tamen mirum in modum correctionibus depravatus : cujus rei exempla hæc afferre satis erit : I, 1, 24 Συρακουσίοις pro συμμάχοις. § 27 προηγουμένου. 2, 17 τινες pro τινας. 3, 8 συνεφώνησαν. 4, 11 τριηρεων. 7, 4 δικαίους εἶναι λέγων cett. — Codice A etiam pejor videtur esse K. — Ne M quidem aut P, R magni momenti esse puto. — His omnibus meliores esse crediderim F, H, *v*, N, qui ad priorem stirpem propius accedunt; *v'* cum ex *v* videatur esse descriptus, ratio ejus habenda nulla est. — Y lectiones habet bonas nonnullas.

Ex his efficitur pro fundamentis textus codices habendos esse B, *a*, L; septimo vero libro, postquam B et L defecerunt, maxime ex codice *a* textum constituendum.

§ 16. — Ut Breitenbachium, sic etiam ceteros qui Hellenica ediderunt video codicem B ita secutos esse ut in eis modo locis quibus quæ B haberet manifesto depravata essent ad ceteros codices confugerent. Sed, cum non id agatur ut textus prodeat in quo nihil offendat, sed ut ad textum quem archetypum habuerit quam proxime accedatur, videndum est ne, quotiens alteram lectionem B, alteram ceteri omnes cum prioris, tum posterioris stirpis codices tueantur, hanc in archetypo fuisse veri similius sit quam illam, quæ in uno codice B inveniatur. Nam, quod B multa solus habet quæ manifesto optima sint, ea maximam partem ejusmodi sunt ut feliciter correcta esse possint. Scio tamen etiam locos esse ubi re vera genuinæ lectionis solus vestigia servaverit, cum ceteri codices in eandem ex correctione ortam lectionem consentiant: quod quomodo factum sit, ego me nescire fateor. Sed, quoniam et in his rebus quæ omnino vera sint nos assequi posse desperandum est, in eis subsistendum quæ sint veris quam fieri potest proxima, ego, ni fallor, veri similius esse crediderim, quotiens lectionem eandem per se quidem probabilem utriusque stirpis codices tueantur præter unum omnes, hanc et in archetypo fuisse et, quamvis unus ille codex bonus sit, in textum esse recipiendam.

§ 17. — Itaque nonnulli sunt loci ubi mihi non eadem, quæ aut Cobeto aut Dindorfio (in ed. Teubn. anni 1868), lectio præferenda

esse videatur. Ex quibus quos per librum primum notavi hic apponam.

1, 1 ἔχων ναῦς] B*a*LDVIF*v*N. — ναῦς ἔχων ACEPR. *Cobetus.*

4 ἀναλάβηι] codd. — ἀναλάβοι B. edd. — Sed, quamquam optativus usitatior est, etiam subjunctivus in similibus locis aliquando occurrit (1).

16 ὑπ' αὐτοῦ] B*a*LDV*v*NA. — ἀπ' αὐτοῦ E(?)MPR. *Cobetus.* — Sed in ἀπειλημμένας (sc. ἀπὸ τοῦ λιμένος) ὑπ' αὐτοῦ (= Ἀλκιβιάδου) nihil est in quo offendatur.

17 πρὸς τὴν γῆν *Cobetus* et *Dindorfius* ex E receperunt; quæ lectio fuit etiam in P ante correctionem. Sed tamen haud scio an εἰς τὴν γῆν ceterorum codicum retinendum sit; legitur certe etiam apud Plutarchum, Alc. 28, 5: εἰς τὴν γῆν καταφύγωσι (αἱ νῆες); cf. apud ipsum Xenophontem: § 18 ὤιχοντο — εἰς Προκόννησον. § 20 ἀπέπλευσεν εἰς Προκόννησον. § 21 ἔπλευσεν εἰς Πέρινθον καὶ Σηλυμβρίαν. 2, 6 εἰς Ἔφεσον πλευσούμενος. § 7 εἰς Ἔφεσον ἔπλευσε. 7, 29 εἰς τὴν γῆν κατέπλευσαν. Cyrop. VI, 1, 3 ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν.

27 ὅσας ναυμαχίας αὐτοί τε καθ' αὑτοὺς νενικήκατε] ὅσας τε — αὐτοί τε B*a*LDVH. — ὅσας τε — αὐτοὶ καθ' αὑτούς ACE. *Cobetus. Dindorfius.* — Sed, ut animadvertit Breitenbachius, illud τε quod est post ὅσας alterius causa additum esse, non hoc illius, veri simile est.

27 καὶ τὴν ὑμετέραν προθυμίαν] *a*LDACE. — διὰ τήν B, V (?). *Dindorfius.*

30 καὶ τριηράρχων] B*a*LDI. — τῶν τριηράρχων VA. *Cobetus.* — τριηράρχων CE. — καὶ τριηραρχῶν *v'*.

3, 7 pro στενοπορίαν, quod editores ex codice B receperunt, nescio an στενοχωρίαν reponendum sit, quæ est lectio ceterorum omnium codicum.

9 ἔλαβον καὶ ἔδοσαν πρὸς Φαρνάβαζον] *a*LDIF*v'*. — ἔδοσαν καὶ ἔλαβον παρὰ Φαρναβάζου B. *Cobetus. Dindorfius.* — Ceteri codices quid habeant, obscurius est.

11 ἐπεί] codd. — ἐπειδή B. *Dindorfius.*

---

(1) Cujus rei exempla quælibet vel ad usum scholarum scripta grammatica suppeditabit: v. *Krüger*, § 54, 8, *A.* 2. *Madvig*, § 131, *b. Koch*, § 111.

3, 19 ἀπολλυμένας] codd., quod etiam *Cobetus* et *Dindorfius* receperunt. — ἀπολλυμένους B. H. *Breitenb. Saupp.* — Utraque lectio per se ipsa videtur esse probabilis.

4, 13 μοχθηρότεράτε] B*a*LDVI. — μοχθηρότερόντε ACE. *Cobetus.*

5, 9 αὑτοῖς] B*a*LD. — ἑαυτοῖς ACE. *Cobetus.* — αὐτοῖς F.

18 εἴκοσιν] B*a*L. — εἴκοσι, ut videtur, ceteri. *Cobetus. Dindorfius.*

6, 11 δείξωμεν] codd. — δείξομεν V. *Cobetus. Dindorfius.*

15 φύγηι] codd. — φύγοι B. *Dindorfius.* Cf. 1, 4.

19 σίτων] codd. — σίτου V. *Dind.* — σῖτον B.

24 τῆι ἡλικίαι] B*a*LDVFH. — ἡλικίαι ACE. *Cobetus.*

32 εἶναι ἔφη] codd. — ἔφη εἶναι B. *Dind.*

7, 2 Ἀρχέδημος τότε προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις] codd. — Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δήμου τότε πρ. B. edd. — Cf. III, 5, 1 τοῖς προεστηκόσιν ἐν ταῖς πόλεσιν. § 3 οἱ ἐν ταῖς Θήβαις προεστῶτες.

4 δικαίους εἶναι λόγον ὑποσχεῖν] codd. — εἶναι λέγων A. *Cob.* — Quod vero post ὑποσχεῖν unus addit B, τοὺς στρατηγούς, recte ab editoribus omissum est.

5 μετὰ ταῦτα δέ] B*a*LDH. — μετὰ δὲ ταῦτα ACE. *Cob.*

Ibid. βραχέως] B*a*L, cf. βραχέος C. — βραχέα DVAE. *Cob.*

8 ἐγίγνετο] B*a*LDIFH. — ἐγένετο ACE. *Cob.*

9 πάντας] codd. — ἅπαντας B. *Dind.*

29 δὲ ἀμφότερα] B*a*LD. — δ' ἀμφότερα ACE, ut videtur. *Cob.*

30. Recte se habet τὰς Σαμίων δέκα B*a*LDVH. *Dind.;* cum tamen τῶν Σαμίων δέκα sit in IACE, nescio an τὰς τῶν legendum sit : quod recepit *Cobetus.*

32 διασωθείς] B*a*LDVIHC. — σωθείς AE. *Cob.*

In libro septimo, ubi L et B a cap. 1, 21 alterum, alterum ab 1, 38 deficere dictum est (p. 2), locos, quibus propter codicem *a* textum Cobeti vel Dindorfii mutandum esse existimarem, paucos notavi.

1, 44 καὶ πρὸς τοὺς Ἀρκάδας] *a*IFCE. — καὶ πρὸς Ἀρκάδας D. — καὶ τοὺς Ἀρκάδας A, ut videtur. *Cob. Dind.*

3, 1 μετεπέμπετο] *a*ACE. *Cob.* — μετεπέμψατο D. *Dind.*

6 παρ' αὐτάς τε] *a*ACE. *Cob.* — παρ' αὐτάς D. *Dind.*

7 ἐνθάδε ἀπέκτεινα] *a*ACE. — ἀπέκτεινα D. *Cob. Dind.*

4, 18 τὴν αὐτῶν πόλιν, quod *Dindorfius* pro τ. αὐτῶν π. restituit, habet codex *a*.

36 οἱ μὲν ἄλλοι Ἀρκάδες] *a*CE. I e corr. *Cob.* — οἱ μὲν ἄλλοι Ἀκαρνᾶνες A. I. — οἱ μὲν Ἀρκάδες D. *Dind.*

5, 19 servavit *a* bonam scripturam τἀπιτήδεια, quæ cum *Cobeto* recipienda est (cf. *Nov. lectt.*, p. 323 sqq. 602 sqq.).

§ 18. — Superest ut, quid ad textum constituendum veteres editiones conferre possint, paucis exponam, Breitenbachium auctorem secutus (v. *Zeitschr. f. Alterthumsw.*, l. l.). Hic cum locos 220, ut supra diximus, e libris I-III desumptos consideravisset, bonas lectiones notavit tricenas octonas in Aldina, Juntina, Halensi a. 1540, Brylingeriana a. 1555, in Castalionea vero 46, tum 85 in Stephaniana, in Leunclaviana 84, præterea in margine Stephani 47 atque easdem fere in margine Leunclavii. Cum deinde, cum quibus eorum qui nunc sunt codicum hæ bonæ lectiones illis editionibus communes essent, quæsisset, hæc invenit :

	BONÆ LECTIONES EDITIONUM							
	ALD.	JUNT.	HAL.	BRYL.	CAST.	STEPH.	MARGINIS STEPH.	LEUNCL.
Quæ sunt in codice A.	34	33	33	33	32	36	2	36
— E.	32	32	31	32	32	39	14	41
— C.	29	29	28	30	32	51	20	47
— D.	28	28	27	30	34	65	25	63
— B.	19	19	18	19	36	64	44	63
— H.	»	»	»	»	»	37	21	19
— *v'*.	»	»	»	»	»	»	3	»

Ex his autem intellegere licet, cum priorum editionum textus ad posterioris stirpis codices maximeque ad codicem A propius videatur accedere, Castalioneum jam magis ad B et D inclinare, Stephanianum vero et Leunclavianum ad hos codices vel horum simillimos conformatum esse, ut earum editionum quæ nunc prodeunt. Stephanianam vero editionem eadem auctoritate putat esse Breitenbachius qua librum manu scriptum, quotiens illa cum aliquo codice consentiat.

CAPUT QUARTUM

Quatenus textus Hellenicon librariorum manibus depravatus atque interpolatus sit.

§ 19. — Tertium editoris officium esse diximus ut, ubi textum, qualem in archetypo fuisse verisimile esset, constituisset, ea quæ in ipso archetypo viderentur esse depravata ad pristinam formam et integram revocare conaretur.

In quo duo æque cavenda sunt : alterum ut ne quis libros manu scriptos ita veneretur ut absurdissima quæque potius et excuset et intellegi posse contendat quam de codicum textu litteram mutatam velit ; alterum ne eorum temeritatem imitetur, quæ nunc cum maxime increbruit, qui cum antiquos nihil umquam supervacuum scribere potuisse credant, nihil languens, nihil inelegans aut frigidum, quid vero bonum sit aut malum ingenio suo metiantur, quæcumque ipsis parum placent mutant, quæcumque redundare putant delent, scriptores antiquos ea dixisse volunt quæ ipsi dicturi fuissent. Hoc igitur semper tenendum est, non satis esse si conjectura aliqua probabilis sit, id est, si, quomodo ex emendata lectione lectio corrupta orta esse videatur, appareat, sed illud omnium primum videndum, sitne correctione opus : quod tum fere accidit quotiens, si ea quæ codices habeant secundum grammaticæ rationem interpretatus sis, aut in sententia quid parum rectum est aut in verbis solœcum aut in rebus cum eis parum congruens quæ ex historiis nota sunt.

Hellenicon editionem apparatu critico instructam si evolveris, codicum discrepantias scripturæ neque ita multas esse neque magnas facile est animadvertere : ex quo intellegere licet a textu archetypi, quod et ipsum nescio an recentiore ætate scriptum sit,

codices non multum recessisse. Ipsius autem archetypi textum variis modis depravatum fuisse et tum lacunis, tum additamentis corruptum mihi veri simile est, sed tamen ita ut multis locis interpolatum esse textum suspicari liceat, emendari posse desperandum sit. Cum vero interpolationes sint non paucæ de quibus nemo dubitet, etiam alias esse quæ certo argui nequeant satis probabile est : quemadmodum codex V, de quo supra dictum est, si unus servatus esset, multa pro Xenophonteis ferrentur quæ correctoris sunt; itemque eo loco qui est I, 7, 19, in verbis εἰ μὴ πλέον, ἀλλὰ μίαν ἡμέραν δόντες aut nemo offendebat aut conjectura μίαν γ' ἡμέραν valde probabilis esse videbatur, quoad scholia in Demosthenem et Æschinem e codice Patmio sæculi decimi ab Johanne Saccelione in Δελτίῳ ἑλληνικῆς ἀλληλογραφίας nuper edita veram lectionem εἰ μὴ πλέον, ἀλλὰ κἂν μίαν ἡμέραν δόντες esse docuerunt (vide Δελτ. ἑλλ. ἀλλ., 1877, p. 10).

Multa in Hellenicis feliciter correxit Cobetus, nonnulla etiam Madvigius, criticorum qui nunc sunt longe principes; tum etiam alii in eam rem operam contulerunt, ex quibus satis erit laudare, qui nuper (Amstelodami, 1866) edidit *Annotationem criticam in Xenophontis Hellenica,* Holwerdam. Richteri de interpolationibus in Xenophontis scriptis, præsertim in Anabasi et in Hellenicis, libellus [Lipsiæ, apud Teubnerum, 1873] (¹) non multum novi attulit. Ego hic non id agam ut annotationem criticam scribam, sed illud quod dixi, textum Hellenicon valde depravatum esse, nonnullis exemplis e libro I. desumptis comprobatum velim.

§ 20. — Initium ipsum operis deperditum esse mihi satis probabile videtur. De qua re quæ disseruit Buechsenschuetzius in *Philologo,* 1859, p. 508 sqq., hic breviter complectar.

Præterquam quod, etiamsi Xenophontem eo consilio ad conscribenda Hellenica aggressum esse credideris uti opus Thucydidis imperfectum absolveret, tamen mirum videri potest quod a verbis μετὰ δὲ ταῦτα orsus sit, hæc verba neque ad ea quæ ab Thucydide lib. VIII, cap. 107, narrantur, cum capita interposita sint duo,

(¹) *Kritische Untersuchungen über die Interpolationen in den Schriften Xenophons.*

recte referri possunt, neque, si ad extrema Thucydidi verba rettuleris, Xenophontea Thymocharis cum Agesandrida pugna navalis ubi terrarum facta sit, satis liquet. Quam si in Hellesponto factam esse intellexeris, quod tamen a Xenophonte dictum oportuit, qui fit ut, cum apud Thucydidem, cap. 95, scriptum sit Thymocharem ab Agesandrida inter Oropum et Eretriam victum ac profligatum esse, nunc uterque in Hellesponto sit? Et de Agesandrida quidem narrat Thucydides (cap. 107) Mindarum parum prospere in Hellesponto re gesta Hippocratem et Epiclem misisse qui illius naves ab Eubœa reducerent; sed tamen hæ naves neque ab Thucydide neque a Xenophonte in Hellespontum advenisse dicuntur: quod omissum esse eo magis est mirum quod pars certe ejus classis ad montem Atho videtur tempestatibus perisse; quamquam quæ apud Diodorum sunt (XIII, 41), e quinquaginta navium classiariis duodecim tantum Bœotos servatos esse, ea majora esse veris vel ex hoc intellegere licet quod Hippocratis apud Xenophontem I, 1, 23 mentio fit. Thymochares vero videtur, postquam Agesandridas in Hellespontum profectus est, Athenas revertisse ibique paucas naves accepisse (cf. Thuc., cap. 96. 97); sed etiam hoc quomodo omitti potuit? Adde quod ne ceteri quidem aut Lacedæmonii aut Athenienses initio Hellenicon ibidem sunt ubi eos esse Thucydides scripserat: nam et Atheniensium classis quæ Cyzici fuerat (Thuc., 107) nunc videtur esse in Hellesponto (Xen., § 2), et Mindarus Elæunte (Thuc., 107) Ilium est transgressus (Xen., § 4), et quem Mileti esse dixerat Thucydides (84) Dorieum Xenophon Rhodo proficisci scribit (§ 2), — quem eo a Mindaro missum esse e Diodoro (XIII, 38) scimus, — et Theramenes non jam Athenis (Thuc., 92), sed ex Macedonia (cf. Diod., XIII, 47. 49) advenit (§ 12).

Quæ si quis ita excusaverit ut dicat Xenophontem paulo neglegentiorem fuisse atque in ea excusatione sibi ipse satisfecerit, non est quod de ea re cum eo disputem. Mihi tamen aliquid videtur deesse et aut Thucydidei operis finis aut initium Xenophontei perisse. Quod vero conjicit Campius (*Neue Jahrbb.*, 1872, p. 701 sqq.), qui et ipse deperditum esse Hellenicon initium putat, ea quæ a Xenophonte §§ 1-9 referantur eadem esse quæ ab Thucydide cap. 95-109 fusius narrentur, ut et Xenophontea Thymocharis cum Agesandrida pugna navalis eadem sit quam apud

Thucydidem (cap. 95) (1) ad Eubœam fieri videamus, et pugnam apud Abydum eandem et Thucydides (cap. 104-106) et Xenophon (§§ 3 sqq.) descripserint, ea mihi vel propterea videntur parum veri similia esse quod cum Xenophontea ad Abydum pugna ab Thucydidea aliquantum differat, tum vero etiam Diodorus pugnas apud Abydum narrat duas, XIII, 39-40 et 45-46, cf. etiam scriptoris anonymi *Vitam Thucydidi*, § 5 : οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν ναυμαχίαν τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα, ἣν Θεόπομπος εἶπεν, οὔτε τὴν περὶ Κύζικον cett.

§ 21. — I, 1, 2. μετ' ὀλίγον δὲ τούτων : hæc constructio cum ætatis posterioris esse videatur, τούτων deleri jussit Κόντος, vide Δελτ. ἑλλ. ἀλληλ., 1877, pp. 79. 295 sqq.

Ibid. ὡς ἤνοιγε : ὡς ἥνυτε correxit idem Κόντος (2), ut est apud Aristidem, vol. I, p. 536 ed. Dindorf. : ὡς δὲ ἀφυπνίσθην, οὐδὲν ἔτι διέτριψα, ἀλλ' εἰπὼν τοῖς οἰκέταις μεταδιώκειν ἐπιβὰς τοῦ ὀχήματος ἤλαυνον, ὡς ἤνυτον (3) (l. ἥνυτον, de qua re videas grammaticos quos laudat *Thesaurus s. v.*). Ejusdem corruptionis *Thesaurus* affert exemplum Soph., Ant. 804-805, ubi cum scriptum sit τὸν παγκοίταν ὅδ' ὁρῶ θάλαμον τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν (l. ἀνύτουσαν), in scholiis est ἀνύτουσαν· ἀνοίγουσαν (!) ἢ τρέχουσαν καὶ πορευομένην, ex quo facile colligas hoc loco quædam exemplaria pravam lectionem habuisse ἀνοίγουσαν. Item in Hellenicis I, 5, 13 ὡς ἕκαστος ἤνυσεν et I, 6, 21 ὡς ἕκαστοι ἤνυτον videtur esse reponendum. Tribus his tantum locis apud scriptores antiquos verbum ἀνοίγειν eo sensu usurpatum esse dicebatur : vertebant enim interpretes ἀνοίγειν « *apertum* mare petere », id est, ἀνάγεσθαι : quæ quamquam in nova Græco-

(1) ***Thucydides :***

Ἀθηναῖοι — πέμπουσι Θυμοχάρην στρατηγὸν καὶ ναῦς ἐς Ἐρέτριαν, ὧν ἀρτιχομένων ξὺν ταῖς πρότερον ἐν Εὐβοίᾳ οὔσαις ἑξ καὶ τριάκοντα ἐγένοντο· καὶ εὐθὺς ναυμαχεῖν ἠναγκάζοντο cett.

Xenophon :

Μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν ἐξ Ἀθηνῶν Θυμοχάρης ἔχων ναῦς ὀλίγας· καὶ εὐθὺς ἐναυμάχησαν αὖθις cett.

(2) Etiam in codice P corrector aliquis in margine ascripsit : γρ. ὡς ἤνυε.

(3) « Τῆς φράσεως ὡς ἤνυτον οὐδὲν ἄλλο σεσημείωταί μοι παράδειγμα. Δοκεῖ δέ μοι ταὐτόν που σημαίνειν καὶ τὸ ὡς ἐδυνάμην ἀνύτειν ἢ ὡς ἀνυστόν μοι ἦν. » (Κόντος, in epistula ad me data.)

rum lingua usitata est verbi ἀνοίγειν significatio, cum quidem dicant 'βγαίνω εἰς τὰ ἀνοικτά, ὅταν τὸ πλοῖον ᾖναι εἰς τὰ ἀνοικτά, ἀνοίξαμεν, νὰ ἀνοίξῃ, tamen in locis Xenophonteis corruptionem arguere videbantur formæ ἤνοιγον, ἤνοιξα, quæ Atticæ esse non possunt, vide Crameri *Anecd. Paris.*, IV, 113; Chœrob., p. 526 ed. Gaisf.; Suid. *s. v.*; Bekkeri *Anecd.*, 399, 24. 400, 1.; Zonar., p. 213. Adde quod eo loco qui est I, 6, 21 : τῶν δ' ἐφορμούντων ὡς ἕκαστοι ἤνοιγον, τάς τ' ἀγκύρας ἀποκόπτοντες καὶ ἐγειρόμενοι ἐβοήθουν τεταραγμένοι, τυχόντες ἐν τῇ γῇ ἀριστοποιούμενοι· εἰσβάντες δ' ἐδίωκον cett., nullo modo explanari videtur posse ὡς ἤνοιγον: ubi si legeris ὡς ἧνυτον, bene habent omnia, nisi quod ἐγειρόμενοι, tametsi supra est καὶ ὀλίγοι ἀνεπαύοντο, tamen nescio an parum recte cum τάς τ' ἀγκύρας ἀποκόπτοντες conjungatur: melius esset igitur ἐνειρόμενοι, si inesse posset in hoc verbo ea significatio quam Madvigius voluit, ut esset « remos rudentesque *aptantes* »; quod tamen videtur ita certe dicendum fuisse : καὶ [τὰς κώπας, vel simile quid] ἐνειρόμενοι.

I, 1, 5. ἐξ ἑωθινοῦ recte videtur delevisse Brueckner us (cf. § 2 ἅμα ἡμέρᾳ). Apud Plutarchum quoque, Alcib. 27, tantum est ἄχρι δείλης.

22. Pro κατεσκεύασαν Dindorfius κατέστησαν restituit, collato Socrate, Hist. eccl., VII, 25, p. 374, 8..... καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν φησι περὶ αὐτῆς ὅτι Ἀλκιβιάδης ἀποτειχίσας αὐτὴν δεκατευτήριον ἐν αὐτῇ κατέστησε, et Polluce, VIII, 132: καὶ δεκατευτήρια δέ ποτε κατέστησαν (v. præf. ed. Teubn., p. VI). — Ceterum temere Dindorfius καὶ τὴν δεκάτην ἐξέλεγον et οἱ δ' ἄλλοι στρατηγοί deleri jussit. Καὶ φυλακὴν ἐγκαταλιπόντες quomodo intellegendum esset, recte exposuit Breitenbachius.

27. Verba μεμνημένους — ὑπάρχουσαν, quæ in codicibus præpostere post λόγον ἔφασαν χρῆναι διδόναι leguntur, Dindorfius post πρὸς τὰ ἀεὶ παραγγελλόμενα transposuit.

30. τὸ πρωΐ, quod est in codicibus, cum linguæ videatur esse posterioris, Dindorfius scripsit πρώι.

Ibid. ἀνεξυνοῦτο Morus restituit ex Suida, qui *s. v.* ἀνακοινώσασθαι hæc habet : Ξενοφῶν δὲ καὶ ἀνεξυνοῦτο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς (cf. apud eundem : ἀνεξυνοῦτο· ἀνεκοινοῦτο); in codi-

cibus Xenophontis est ἀνεκοινοῦτο. Et hoc quidem exemplo intellegere licet multos scriptorum antiquorum locos ita depravatos esse posse ut id nemo suspicari queat. Item IV, 4, 16 in verbis τοὺς μέντοι Λακεδαιμονίους οὕτως αὖ οἱ πελτασταὶ ἐδεδίεσαν nemo interpolationem suspicaretur, nisi Priscianus locum afferens (XVIII, 25) pro ἐδεδίεσαν scriptum fuisse doceret ὤκνουν; quod jure restitutum est ab Dindorfio.

I, 1, 31. κατηγορήσας δὲ Τισσαφέρνους ἐν Λακεδαίμονι Ἑρμοκράτης cett. Hæc ne tum quidem si Ἑρμοκράτης deleveris sana esse possunt. Nam, quod hic Tissaphernem Hermocrates accusasse dicitur, id non novum est, sed fere anno ante factum (Thuc., VIII, 85); cujus hic rei propterea mentionem fieri putandum est quod ea causa fuerit cur Hermocrati Pharnabazus ultro pecuniam ad exercitum comparandum offerret. Sed, ut locus nunc conformatus est, hoc intellegi nequit, cum, quo tempore Tissaphernem Hermocrates accusaverit, non dicatur. Quid igitur scriptum fuerit, nescio; quinc orruptus sit locus et fortasse lacunis depravatus, non dubito. Quod vero Dindorfius totum locum, κατηγορήσας δέ — καὶ τριήρεις, deletum voluit, ei minus assentior, quia, quomodo illa in textum venire potuerint, non satis apparet.

36. Σηστόν librarii errore hic positum videtur : nam Sestus tum in Atheniensium dicione erat (§ 11 et 2, 10); Ἄβυδον vel aliud aliquod urbis nomen scriptum videtur fuisse.

1, 37-2, 1. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν, ἐν ᾧ cett.

τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει, ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστή cett.

De notationibus annorum in libris Hellenicon I-II occurrentibus cum scripserint præter alios Brueckner (*Dissertatio de notationibus annorum in historia Græca Xenophontis suspectis*, Schweidnitz, 1838), Breitenbachius, Buechsenschuetzius, pauca hic dicemus, ut hoc uno maxime exemplo Xenophontis opus ab interpolationibus liberum non esse intellegatur.

Notationes autem de quibus agitur hæ sunt :

Olympiades memorantur :	*Atheniensium archontes memorantur :*	*Anni ab initio belli Peloponnesiaci memorantur :*
I, 2, 1 Ol. 93, 1 (408).	I, 2, 1 Euctemon (408-407).	

Olympiades memorantur :	*Atheniensium archontes memorantur :*	*Anni ab initio belli Peloponnesiaci memorantur :*
	I, 3, 1 Antigenes (407-406).	I, 3, 1 XXIII^{us} (409-408).
	I, 6, 1 Callias (406-405).	I, 6, 1 XXV^{us} (407-406).
		II, 1, 7 XXVI^{us} (406-405).
	II, 1, 10 Alexias (405-404).	
II, 3, 1 Ol. 94, 1 (404).	II, 3, 1 Pythodorus (404-403). (Cum archontibus etiam Lacedæmoniorum *ephori* memorantur.)	
		II, 3, 9 ..... τελευτῶντος τοῦ θέρους (403) · εἰς δ ἑξάμηνος καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν (!) ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα.

Quæ cum inter se minime congruant, tum etiam facile est demonstrare ne archontas quidem suo loco memorari : quod vel ex hoc intellegi potest quod a cap. 3. ad cap. 6. libri primi unus archon fuisse dicitur, cum duo annos fuisse ex verbis quæ sunt cap. 4, 2, ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος, satis liqueat. Quoniam vero et initium Hellenicon ad autumnum anni 411 referendum est et Alcibiadem archonte Euctemone, Thargelione mense, id est, Thargelione anni 407 Athenas redisse, quamquam id negat Breitenbachius, mihi satis certum videtur (1), tabulam annorum hanc cum Buechsenschuetzio proponere licebit :

I, 1, 2 ἀρχομένου χειμῶνος (anni 411),
annus 410,
2, 1 τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει (409),
3, 1 ἐπεὶ δ' ὁ χειμὼν ἔληγε (vere anni 408),

(1) Plut., Alcib. 34. Diod., XIII, 68. 69.

I, 4, 2 ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος (407),
12 reditus Alcibiadis,
6, 1 τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει (406),
II, 1, 10 — (405),
3, 1 — (404),
9 τελευτῶντος τοῦ θέρους (anni 404),

quæ cum eis quæ in contextu Xenophontis leguntur minime consentiunt.

Sed etiam hæc animadvertenda sunt : primum ante Timæum neminem videri Olympiadibus ad computandos annos esse usum ; scribit enim de Timæo Polybius, XII, 12, 1 : ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέκαθεν τῶν ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς Ἀθήνησι καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πόλεων περὶ τὰς ἀναγραφὰς τὰς τούτων ἐξελέγχων παρὰ τρίμηνον ἐχούσας τὸ διαφέρον οὗτός ἐστι ; in duobus vero locis Thucydidi III, 8. V, 49, ubi Olympiadis mentio fit, ea non ad temporis notationem memoratur ; — deinde in loco Xenophontis I, 2, 1 verba ᾗ προστεθεῖσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρου Ἠλείου, quæ per se ipsa vix intellegi possunt, manifesto additicia esse et ex loco Pausaniæ V, 8, 10 illata : δρόμος δὲ δύο ἵππων τελείων συνωρὶς κληθεῖσα τρίτῃ μὲν Ὀλυμπιάδι ἐτέθη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα, Εὐαγόρας δὲ ἐνίκησεν Ἠλεῖος ; — tum etiam Xenophontem, ut Thucydidem, in temporum descriptione naturalem secutum esse annum, id est, eum qui a vere inciperet ; hunc autem neque cum Olympiadum annis congruere neque cum anno civili aut Atheniensium aut Lacedæmoniorum.

Ita omnes illæ cum Olympiadum, tum archontum ephororumque notationes additiciæ videntur. Additiciæ vero etiam annorum ab initio belli numerationes ; et hæc quidem recentioris ætatis additamenta sunt, quippe quæ cum illis notationibus non consentiant ; quod vero loco qui est II, 3, 9 bellum fuisse dicitur annorum 28 $^1/_2$, is error dubium non est quin inde ortus sit quod per totum bellum ephori numerarentur 29 : nam, cum bellum vere anni 431 incepisset, annus autem Lacedæmoniorum civilis ab æstatis æquinoctio initium caperet, consentaneum erat anni 404 autumno undetricesimum ab initio belli ephorum magistratum inisse.

Sunt igitur in Hellenicis delenda hæc :

I, 2, 1 ᾧ. ἦν — Εὐκτήμονος.
3, 1 Παντακλέους — Ἀντιγένους et δυοῖν καὶ εἴκοσιν — παρεληλυθότων.
6, 1 Πιτύα — Ἀθήνησιν et καὶ τῷ. πολέμῳ. — ἐτῶν.
II, 1, 7 ἐτῶν — παρεληλυθότων.
10 ἐπὶ — Ἀλεξίου.
3, 1 ᾧ. ἦν — ὀλιγαρχία ὧδε.
9-10 εἰς ὃ ἐξάμηνος — οἴκαδε κατέπλευσεν.

Alii vero sunt loci ubi magis dubia res esse videatur, ii videlicet ubi res commemorantur quæ eodem tempore acciderint illæ quidem, sed tamen a rebus belli Peloponnesiaci omnino sint alienæ. Huc referenda sunt primum ea quæ de Siciliæ rebus dicuntur :

I, 1, 37 καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐληγεν (410), ἐν ᾧ. Καρχηδόνιοι Ἀννίβα ἡγουμένου στρατεύσαντες ἐπὶ Σικελίαν δέκα μυριάσι στρατιᾶς αἱροῦσιν ἐν τρισὶ μησὶ δύο πόλεις Ἑλληνίδας, Σελινοῦντα καὶ Ἱμέραν.

Secundum Diodorum (XIII, 54), hæc archonte Diocle (409) gesta sunt; quod comprobatur eis quæ apud ipsum Xenophontem leguntur 2, 8 (anno 409) : καὶ Συρακόσιοι οἵ τ' ἀπὸ τῶν προτέρων εἴκοσι νεῶν καὶ ἀπὸ ἑτέρων πέντε αἳ ἔτυχον τότε παραγενόμεναι cett.; nam parum veri simile est, si Selinus et Himera jam anno 410 captæ essent, in tanto periculo Syracusanos naves foras missuros fuisse : cum præsertim naves illas viginti quinque nondum capta Himera domum revocatas esse scribat Diodorus (XIII, 61).

5, 21 καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐληγεν (407), ἐν ᾧ. Καρχηδόνιοι εἰς Σικελίαν στρατεύσαντες εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τριήρεσι καὶ πεζῆς στρατιᾶς δώδεκα μυριάσιν εἷλον Ἀκράγαντα λιμῷ., μάχῃ. μὲν ἡττηθέντες, προσκαθεζόμενοι δὲ ἑπτὰ μῆνας. II, 2, 24 καὶ ὁ ἐνιαυτὸς

Diodorus anno 406 captum esse Agrigentum scribit (XIII, 80-91); — in Hellenicis ea res bis memoratur, et anno 407 et anno 405, eisdem fere verbis; nam, quod in loco posteriore est πρότερον, id solum ad μάχῃ. ἡττηθέντων referendum videtur.

ἐληγεν (405), ἐν ᾧ. μεσοῦντι Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους Συρακόσιος ἐτυράννησε, μάχη. μὲν πρότερον ἡττηθέντων ὑπὸ Συρακοσίων Καρχηδονίων, σπάνει δὲ σίτου ἑλόντων Ἀκράγαντα, ἐκλιπόντων τῶν Σικελιωτῶν τὴν πόλιν.

II, 3, 5 ἐν δὲ τῷ. αὐτῷ. χρόνῳ. (404) καὶ Διονύσιος ὁ Συρακόσιος τύραννος μάχη. ἡττηθεὶς ὑπὸ Καρχηδονίων Γέλαν καὶ Καμάριναν ἀπώλεσε.

Diodorus (XIII, 108 sqq.) hoc factum esse scribit anno 405.

Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Λεοντῖνοι Συρακοσίοις συνοικοῦντες ἀπέστησαν εἰς τὴν αὑτῶν πόλιν ἀπὸ Διονυσίου καὶ Συρακοσίων.

Cf. Diod. (XIV, 15), sub anno 403.

Παραχρῆμα δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι ἱππεῖς ὑπὸ Διονυσίου εἰς Κατάνην ἀπεστάλησαν.

Hoc quid sibi velit per se ipsum intellegi non potest; videndus est de ea re Diod. (XIV, 14. 15), sub anno 403.

Ceteri vero loci similes hi sunt :

I, 2, 19 καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν οὗτος, ἐν ᾧ. καὶ Μῆδοι ἀπὸ Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀποστάντες πάλιν προσεχώρησαν αὐτῷ..

3, 1 τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους ὁ ἐν Φωκαίᾳ. νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεπρήσθη πρηστῆρος ἐμπεσόντος.

6, 1 ᾧ. ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας καὶ ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη.

II, 1, 8-9 τούτῳ. δὲ τῷ. ἐνιαυτῷ. καὶ Κῦρος ἀπέκτεινεν Αὐτοβοισάκην cett. — πέμψας ἀγγέλους.

3, 4 κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρόν — πολλοὺς ἀπέκτεινεν.

Horum alia per se ipsa quidem recte videntur habere, alia suspicionem movent. In loco 3, 1 mirum est quod ita parva res sola per se totam enuntiationem efficiat : rectius in loco 6, 1 similis res per relativam enuntiationem effertur : τῷ. δ' ἐπιόντι ἔτει, ᾧ. cett. Ceterum τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους cett. etiam propter illud quod sequitur ἐπεὶ δ' ὁ χείμων ἔληγε mihi suspectum est (1).

(1) Mirum mihi videtur etiam ἔαρος ἀρχομένου, quod et ipsum nescio an additicium sit.

Eo vero loco qui est II, 1, 8-9 jure offendit Buechsenschuetzius in verbis υἱεῖς ὄντας τῆς Δαριαίου (codd. Δαρειαίου; est autem Δαριαίου altera forma pro Δαρείου) ἀδελφῆς τῆς τοῦ Ξέρξου τοῦ Δαρείου πατρός, quod et Darei pater Artaxerxes, non Xerxes, fuisset et, cum Darei sororem Xerxis filiam esse dictum esset, patrem esse Darei Xerxem supervacuum esset addere. Tum verba δ δὲ αὐτὸν μεταπέμπεται ὡς ἀρρωστῶν πέμψας ἀγγέλους additicia esse pro certo habeo, cum paulo infra sit (§ 13) : ἐπεὶ αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς ἦκεν ἄγγελος λέγων ὅτι ἀρρωστῶν ἐκεῖνον καλοίη. Ibidem etiam aliud additamentum in textum receptum esse puto; scriptum est enim : [14] παρέδειξε δ' αὐτῷ πάντας τοὺς φόρους τοὺς ἐκ τῶν πόλεων οἳ αὐτῷ ἴδιοι ἦσαν καὶ τὰ περιττὰ χρήματα ἔδωκε· καὶ ἀναμνήσας ὡς εἶχε φιλίας πρός τε τὴν Λακεδαιμονίων πόλιν καὶ πρὸς Δύσανδρον ἰδίᾳ ἀνέβαινε πρὸς τὸν πατέρα. [15] Δύσανδρος δ', (ἐπεὶ αὐτῷ Κῦρος πάντα παραδοὺς τὰ αὑτοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀρρωστοῦντα μετάπεμπτος ἀνέβαινε,) μισθὸν διαδούς cett., ubi verba quæ seclusi delere haud dubitaverim.

Verba autem ὥ τε — ἐνεπρήσθη (I, 6, 1) quamquam O. Muellero ab interpolatore profecta esse videbantur qui archonte Calliade vel *Callia,* id est, Ol. 75, 1 = 180, templum Minervæ a Persis incensum esse legisset, tamen per se ipsa nihil habent in quo hæreas : namque, etsi Minervæ Poliadis vetus ædes deflagraverat, nova nondum absoluta erat, potuit tamen hæc rectissime ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεώς dici, ut a Parthenone, qui origine recentior erat, distingueretur : de qua re cf. Strab. IX, 1, 16, ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς τῆς Πολιάδος, et *C. I. G.* I, p. 264 (1).

Sed, utut se res habet, omnia hæc sic complecti licet ut dicamus eorum locorum ubi res a bello Peloponnesiaco alienæ memorantur partem certe additiciam videri : ex quo colligi posse etiam ceteros pro suspectis habendos. Injuria vero Richterus duo locos, I, 2, 14 et 18, uncis seclusos voluit : ubi quæ referuntur parva sunt illa quidem, sed minime a belli rebus aliena.

---

(1) Huc accedit quod in Erechthei porticu quæ in septentrionem spectat quædam notaverunt architecti quibus demonstrari videretur quasdam operis partes inter ipsam ædificationem de integro instauratas esse : quæ quidem incendii alicujus vestigia esse possunt.

§ 22. — I, 2, 1. Θράσυλλος δὲ τά τε ψηφισθέντα πλοῖα λαβὼν καὶ πεντακισχιλίους τῶν ναυτῶν πελταστὰς ποιησάμενος ὡς ἅμα πελτασταῖς ἐσομένοις ἐξέπλευσεν. Recte videtur Holwerda scripsisse : ὡς ἅμα καὶ [ναύτας καὶ] πελταστὰς ἐσομένους.

5. Στάγης δὲ ὁ Πέρσης περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὤν, ἐπεὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκ τοῦ στρατοπέδου διεσκεδασμένοι ἦσαν κατὰ τὰς ἰδίας λείας, βοηθησάντων τῶν ἱππέων ἕνα μὲν ζωὸν ἔλαβεν, ἑπτὰ δὲ ἀπέκτεινεν; qui equites qui sint parum intellegitur. Quid tamen reponendum sit dubium est; βοηθήσας μετὰ τῶν ἱππέων scripsit Madvigius, βοηθήσα[ς τισὶ τῶν παρό]ντων ἱππέων Holwerda.

8. οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐβοήθησαν σφίσιν (= σφίσιν αὐτοῖς), οἵ τε σύμμαχοι οὓς Τισσαφέρνης ἤγαγε, καὶ Συρακόσιοι οἵ τ' ἀπὸ τῶν προτέρων εἴκοσι νεῶν καὶ ἀπὸ ἑτέρων πέντε αἳ ἔτυχον τότε παραγενόμεναι, νεωστὶ ἥκουσαι μετὰ Εὐκλέους τε τοῦ Ἵππωνος καὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ἀριστογένους στρατηγῶν, καὶ Σελινούσιαι δύο. Fuerunt qui καὶ Σελινούσιαι δύο delere vellent, ut ex loco Thucydidis VIII, 26, 1, εἴκοσι νῆες Συρακοσίων ἦλθον καὶ Σελινούντιαι δύο, huc illatum : quod mihi propterea minus probabile videtur quod etiam § 10 scriptum est τοῖς δὲ Συρακοσίοις καὶ Σελινουσίοις κράτιστοι γενομένοις ἀριστεῖα ἔδοσαν. Nescio an καὶ [αἱ] Σελινούσιαι δύο legendum sit : quamquam etiam tum claudicare orationem video; sed fortasse τὸ ἀνακόλουθον ex eis quæ sunt interposita, αἳ ἔτυχον cett., excusationem habebit.

13. Ἀλκιβιάδην δὲ Ἀθηναῖον, Ἀλκιβιάδου ὄντα ἀνεψιὸν καὶ συμφυγάδα, κατέλευσεν. Recte mihi videtur scripsisse Breitenbachius κατ[ελεήσας ἀπ]έλυσεν.

3, 13. ἐπορεύοντο δὲ καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεις Πασιππίδας καὶ ἕτεροι, μετὰ δὲ τούτων καὶ Ἑρμοκράτης ἤδη φεύγων ἐκ Συρακουσῶν καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πρόξενος. — Hæc quoque Dindorfius spuria esse censet, quod et tum exsulaverit Pasippidas (v. supra 1, 32) et Hermocrates eo ipso anno Syracusis, dum bellum cum civibus gerit, perierit (Diod. XIII, 63. 75). Quæ quomodo explicanda sint equidem dubito, sed tamen unde hæc in textum venire potuerint parum intellego. Et potuit Pasippidas ab exsilio revertisse; de Hermocrate vero omnia obscura sunt, quippe quem Polybius XII, 25 p, 6, pag. 525 ed. Didot.) ad Αἰγὸς ποταμοὺς inter Lacedæmonios pugnavisse tradat. Additicia tamen esse verba ἤδη

φεύγων ἐκ Συρακουσῶν pro certo habeo, cum supra (I, 1, 27) fusius ea res narrata sit.

I, 3, 20. νυκτὸς ἀνοίξαντες τὰς πύλας τὰς ἐπὶ τὸ Θράικιον καλουμένας. — Recte Hertleinius et Dindorfius καλούμενον, cf. Anab. VII, 1, 24 τὸ δὲ χωρίον οἷον κάλλιστον ἐκτάξασθαί ἐστι τὸ Θράικιον καλούμενον, ἔρημον οἰκιῶν καὶ πεδινόν; locum vero Hellenicon Petrus Gyllius, qui mortuus est anno 1555, in libro quem scripsit de regionibus urbis Constantinopolis (II. 2. p. 3244 D) affert cum lectione καλούμενον.

4, 2. πορευομένοις αὐτοῖς παρὰ βασιλέα ἀπήντησαν καταβαίνοντες οἵ τε Λακεδαιμονίων πρέσβεις, Βοιώτιος ὄνομα καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἄλλοι ἄγγελοι καὶ ἔλεγον cett. —, καὶ Κῦρος ἄρξων cett. — ἐπιστολήν τε ἔφερε cett. — Hic ego non modo ὄνομα cum Dindorfio deleverim, sed etiam cum Holwerda ἄγγελοι. Cum enim ei quod est οἵ τε Λακεδαιμονίων πρέσβεις respondere videatur καὶ Κῦρος, sequitur ut καὶ οἱ ἄλλοι Lacedæmonii fuisse intellegendi sint; notum est autem verbo ἀγγέλων nisi de legatis regis Persarum Xenophontem non esse usum. Putat autem Holwerda Lacedæmoniorum legationes hic commemorari duas, quarum altera (καὶ οἱ ἄλλοι) fuerit illa Pasippidæ (v. 3, 13).

3. «καταπέμπω Κῦρον κάρανον τῶν εἰς Καστωλὸν ἀθροιζομένων·» (1) τὸ δὲ «κάρανον» ἔστι «κύριον.» — Hæc cum et scholiastæ verba esse possint et ipsius Xenophontis, equidem, ut in re dubia, de textu nihil mutaverim; in qua re et a Cobeto et ab Dindorfio dissentio qui ea deleverunt.

7. ἐπειδὴ δὲ ἐνιαυτοὶ τρεῖς ἦσαν. — Hæc et propter alia suspecta sunt (de qua re videas Buechsenschuetzium) et quod tribus annis post, id est, anno 404, cum jam apud Αἰγὸς ποταμοὺς pugnatum esset, non jam erat Atheniensium exercitus (πρὸς τὸ ἄλλο στρατόπεδον ἀπέπλευσαν). Corruptum igitur esse locum puto: neque vero placet Æm. Muelleri conjectura ἐπειδὴ δὲ (vel ἐπεὶ δ' ἤδη) αὐτῷ βαρεῖς ἦσαν.

13. λέγοντες (codices addunt ὅτι, quod Dindorfius delevit) οἱ μὲν ὡς κράτιστος εἴη τῶν πολιτῶν καὶ μόνος ἀπελογήθη (in codicibus nonnullis est ἀπηγγέλθη) ὡς οὐ δικαίως φύγοι cett. —

(1) Cf. Anab. I, 1, 1. 9, 7, ubi pro καράνωι scriptum est στρατηγός.

ἁπλοήϑης scriptum voluit Madvigius : quæ tamen vox in lexicis non reperitur. Ego, cum requiratur aliquid quod eis quæ infra sunt (§ 17), τῶν παροιχομένων αὐτοῖς κακῶν μόνος αἴτιος εἴη cett., respondeat, lacunam in archetypo fuisse crediderim, quam librarii de suo expleverint.

I, 4, 16. ὑπάρχειν γὰρ ἐκ τοῦ δήμου αὐτῷ μὲν τῶν τε ἡλικιωτῶν πλέον ἔχειν τῶν τε πρεσβυτέρων μὴ ἐλαττοῦσϑαι, τοῖς δ' αὐτοῦ ἐχϑροῖς τοιούτο[ι]ς δοκεῖν εἶναι οἵο[ι]ς περ πρότερον (Morus; codd. τοιοῦτος et οἷος περ), ὕστερον δὲ δυνασϑεῖσιν ἀπολλύναι τοὺς βελτίστους, αὐτοὺς δὲ μόνους λειφϑέντας δι' αὐτὸ τοῦτο ἀγαπᾶσϑαι ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὅτι ἑτέροις βελτίοσιν οὐκ εἶχον χρῆσϑαι. — Hic quoque pro eo quod est ὕστερον δέ, quod quid sibi velit non video, lacunam fuisse suspicor; cum autem ante scriptum esset πρότερον, librarium aliquem temere ὕστερον δέ supplevisse. Ceterum, quin corruptus sit locus, non ambigitur.

17. οἱ δὲ, ὅτι τῶν παροιχομένων αὐτοῖς κακῶν μόνος αἴτιος εἴη τῶν τε φοβερῶν ὄντων τῇ πόλει γενέσϑαι μόνος κινδυνεύσαι ἡγεμὼν καταστῆναι. — τῶν τε φοβερῶν μελλόντων τῇ πόλει γενέσϑαι scripsit Liebholdius (*Neue Jahrbb.*, 1877, p. 158); quæ conjectura haud scio an probanda sit.

21. τρίτῳ μηνί. — τετάρτῳ legendum esse docuit Clintonius.

5, 11. ἥκοντα τειχίζειν Φωκαίαν. — Recte Holwerda ἥκοντ' ἀποτειχίζειν.

13. τότε δὴ καὶ πάσας συντάξας ἐπέπλει. — καὶ [αὐτὸς] πάσας Morus, id quod satis probabile est.

19. Δωριέα, ὄντα μὲν Ῥόδιον, πάλαι δὲ φυγάδα ἐξ Ἀϑηνῶν καὶ Ῥόδου ὑπὸ Ἀϑηναίων κατεψηφισμένων αὐτοῦ ϑάνατον καὶ τῶν ἐκείνου συγγενῶν, πολιτεύοντα παρ' αὐτοῖς. — Recte mihi videtur Dindorfius Ἀϑηνῶν καί ejecisse, ut a correctore aliquo additum qui, quomodo Rhodius ab Atheniensibus de patria pelli potuisset, non intellegeret. Minus recte idem etiam πολιτεύοντα παρ' αὐτοῖς deletum voluit.

6, 2. ὃ δὲ αὐτὸν ἐκέλευσεν ἐξ Ἐφέσου ἐν ἀριστερᾷ Σάμου παραπλεύσαντα, οὗ ἦσαν αἱ τῶν Ἀϑηναίων νῆες, ἐν Μιλήτῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς. — Hæc miror quomodo Holwerda sic refingere potuerit : ἐν ἀριστερᾷ Σάμον [ἔχοντα πελάγιον ἀναγαγέσϑαι καὶ] παραπλεύσαντα, cum quidem diceret : « Edoceri velim quæ sit insulæ pars

sinistra. An ora occidentalis intelligenda est? Non credo. » Omnia enim, ni fallor, recte habent: nam, si quis ab Epheso Miletum tendens ad promunturium insulæ Sami quod est e regione Mycales accessit, ad sinistram habet eam insulæ oram quæ est continenti proxima, eam vero quæ a continenti aversa est ad dexteram; cum igitur juxta eam quæ est a continenti naves Atheniensium ad urbem Samum essent (5, 18. 20), ibi Callicratidam Lysander prætervehi jubet. Parum autem recte Cobetus verba οὗ ἦσαν αἱ τῶν Ἀθηναίων νῆες delevit: quæ neque, si supervacua essent, ideo ejicienda erant neque vero supervacua sunt, ut, quid in ea re periculi fuerit, intellegatur.

6, 4. ὅτι Δακεδαιμόνιοι μέγιστα παραπίπτοιεν ἐν τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους πολλάκις ἀνεπιτηδείων γενομένων καὶ ἄρτι συνιέντων (in L pro συνιέντων est lacuna) τὰ ναυτικὰ καὶ ἀνθρώποις ὡς χρηστέον οὐ γιγνωσκόντων ἀπείρους θαλάττης πέμποντες καὶ ἀγνῶτας τοῖς ἐκεῖ κινδυνεύοιέν τι παθεῖν διὰ τοῦτο. — Locus multum vexatus necdum satis emendatus; ἀντ' ἐπιτηδείων restituit Jacobsius, Cobetus vero εὖ γιγνωσκόντων, Weiskius ἐκεῖ [καί]. Quod vero scripsit Cobetus ἀκριβούντων pro ἄρτι συνιέντων, mihi parum veri simile videtur; ἄριστα συνιέντων conjecit Liebholdius *l. l.*, ego haud scio an scriptum fuisse crediderim ἀρτίως συνιέντων; est enim apud Hesychium: ἀρτίως· πρὸ μικροῦ· ἢ ὑγιῶς, ὁλοκλήρως, τελείως. — In eis quæ sequuntur ἐκ τούτου δή scripserim cum Liebholdio.

13. ἀλλ' ἐμφρούρων ὄντων Ἀθηναίων cett. — Recte Cobetus ἅτ' pro ἀλλ'. Quod vero ἐμφρουρούντων scribendum esse censet, quia ἔμφρουρος vim activam numquam habeat, mihi dubia res est, cum in *Lacedæmoniorum republica*, 5, 7, sit τὸν ἔτι ἔμφρουρον, alio quidem sensu, sed tamen activo.

14. οὐδέν' ἄν cum Hertleinio legendum est pro οὐδένα, item 7, 29 ἀμφότερ' ἄν cum Stephano; quod miror quomodo Dindorfius non receperit.

15. Κόνωνι δὲ εἶπεν ὅτι παύσει αὐτὸν μοιχῶντα τὴν θάλατταν. — Mira est Cononis mentio, quem ad Samum esse supra dictum erat. Desiderantur enim ea quæ a Diodoro narrantur (XIII, 77), Methymnæis auxilio profectum Cononem, cum serius advenisset, ad Hecatonnesos in ancoris constitisse. Itaque Holwerda aliquid

hic excidisse putat; scriptum autem fuisse Κόνωνος δέ....., qui scilicet *genetivus absolutus* fuerit.

6, 15. κατιδὼν δὲ αὐτὸν ἀναγόμενον ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐδίωκεν ὑποτεμνόμενος τὸν εἰς Σάμον πλοῦν, ὅπως μὴ ἐκεῖσε φύγῃ. — Verba hæc deleverunt et Cobetus et Dindorfius. Nec vero ex loco Photii (cf. p. 93) quem Dindorfius affert in præf. ed. Teubn. (p. VII) quicquam effici potest : nam, quod ille ὑποτεμνόμενος non intellexit, quod profecto intellexisset, si additum esset ὅπως — φύγῃ, fortasse non ipsius Xenophontis textum Photius ante oculos habuit. Itaque, sintne verba illa Xenophontis an scholiastæ, ego affirmare non ausim.

16. καὶ σὺν αὐτῷ τῶν δέκα στρατηγῶν Δέων καὶ Ἐρασινίδης. — Mira in his videtur fuisse Xenophontis neglegentia, qui multa, quæ dicenda erant, omiserit, nisi aut etiam in hac narratione lacunas esse credas aut in priore certe Hellenicon parte Buechsenschuetzio assentiare, qui Xenophontem putat Hellenica vixdum incohata reliquisse neque, cum ea scriberet, vere historiam scripsisse, sed tantum collegisse quæ ad componendam historiam opus essent. Hic igitur dicendum fuit et Archestratum cum Conone fuisse, cum hic Mytilenas confugeret, atque eundem ibi esse mortuum (v. Lysiam, Ἀπολ. δωροδοκ., 8), et Erasinidem, quem § 29 ad Arginusas pugnare videmus, in ea nave fuisse quæ Lacedæmoniorum manus effugit (v. Lysiam *l. l.*); Leon vero cum hic solum et 5, 16 inter strategos memoretur, loco vero qui est 7, 1-2 pro Leonte nominetur Lysias, qui etiam 6, 30 occurrit itemque apud Diodorum XIII, 74. 99. 101 (nisi quod cap. 74 scriptum est librarii errore Λυσανίαν), fuerunt qui et 5, 16 et hic Lysiæ nomen pro Leontis vellent inferre : quod eo minus probabile videtur quod qui hujus loci meminit Aristidis scholiastes, Panath., 162, 19, Leontis nomen habet, non Lysiæ; puto igitur cum Leontem in ea nave fuisse quæ ab Lacedæmoniis capta est, tum Lysiam pro Archestrato suffectum esse; errasse vero Diodorum qui XIII, 74 Archestratum simul et Lysiam memoraverit.

Ibid. Pro ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα (ρο') reponendum est ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα (ρμ'), vide § 3, et cf. §§ 17. 26.

17. Κόνων δὲ ὡς ἔφθη ὑπὸ τῶν πολεμίων (margo Leunclavii; codd. πολιτῶν) κατακωλυθείς cett. — Quid facere prohibitus sit

cum non.intellegatur, lacunam fuisse suspicor, ut esset scriptum : ὑπὸ τῶν πολ..... κατακωλυθείς; quod mihi veri similius videtur quam cum margine Stephanianæ legere καταϰλεισθείς.

6, 29. ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Σάμιος ὀνόματι Ἱππεύς. — Recte Dindorfius ὀνόματι (id est, ὄνομά τι) et hic et Anab. I, 4, 10 additicium esse judicavit.

32. εἶπεν ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται αὐτοῦ ἀποθανόντος : quod et solœcum est et notum est eo sensu εὖ, κακῶς οἰκεῖν πόλιν dici, non οἰκεῖσθαι. Cobetus ex codice A et Aldina οἰκιεῖται recepit; sed οἰκίζεσθαι pro οἰκεῖν eo sensu dici posse non demonstravit. Ego scripserim οἰκῇ, quod facile potuit vel in οἰκῆται, οἰκεῖται vel in οἰκεῖ, οἰκεῖται depravari. Quamquam enim post οὐ (οὐδὲν) μή sæpius aut futuri indicativus aut subjunctivus aoristi usurpatur, tamen occurrit aliquando etiam subjunctivus præsentis : Plat., Legg. V, 731 C ἐν τῷ τιμιωτάτῳ τὸ μέγιστον κακὸν οὐδεὶς ἑκὼν μή ποτε λάβῃ καὶ ζῇ διὰ βίου κεκτημένος αὐτό. Resp. I, 341 B ἀλλ' οὐ μὴ οἷός τ' ἦς. Phileb. 48 D οὐ γὰρ μὴ δυνατὸς ὦ. Xen., Hier. 11, 15 οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι.

34. [τῶν] πασῶν οὐσῶν δέκα. — τῶν addidit Cobetus, cf. § 25. V, 4, 66.

35. ἔδοξε δὲ (καί). — καί, quod in *a* deest, delevit Cobetus; item in eis quæ sunt paulo infra, ταῦτα δὲ βουλομένους ποιεῖν ἄνεμος καὶ χειμὼν διεκώλυσεν αὐτοὺς μέγας γενόμενος, delevit αὐτούς, quod neque Græce neque Latine in talibus pronomini locus esset.

36. (ὁ) ὑπηρετικὸς κέλης. — Satis recte videtur Cobetus articulum delevisse.

37. ἔθυε τὰ εὐαγγέλια. — Fortasse cum Cobeto legendum est ἔθυέ τε, cf. Isocr., Areop., 10 ἐπὶ τοιαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν. Aristoph., Equ. 647 εἶτ' ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια, ibid. 654 εὐαγγέλια θύειν : quamquam τὰ Λύκαια, τὰ Ἡράκλεια θύειν dicitur (Xen., An. I, 2, 10. Demosth., π. τ. παραπρεσβ. 86).

Ibid. καὶ τοῖς στρατιώταις παρήγγειλε δειπνοποιεῖσθαι, καὶ τοῖς ἐμπόροις τὰ χρήματα σιωπῇ ἐνθεμένους εἰς τὰ πλοῖα ἀποπλεῖν εἰς Χίον, — ἦν δὲ τὸ πνεῦμα οὔριον, — καὶ τὰς τριήρεις τὴν

ταχίστην. — Hic dubium non est quin verbum aliquod exciderit, ἐπακολουθεῖν vel ἕπεσθαι vel simile quid. Quod sensit etiam codicis K librarius, quippe qui addiderit ἀπήγαγε.

7, 1. διωβελίας Dindorfius; codices διωκελίας, διωκελείας, δεκελείας.

6. καὶ εἴπερ γέ τινας δέοι, περὶ τῆς ἀναιρέσεως οὐδένα ἄλλον ἔχειν αὐτοὺς αἰτιάσασθαι ἢ τούτους, οἷς προσετάχθη. — Qui αὐτούς delevit Cobetus non intellexit in oratione recta futurum fuisse ἔχετε, non ἔχομεν. Quod vero τούς scripsit pro τούτους, recte animadvertit Holwerda non idem valere τοὺς οἵς (= *eos* quibus) atque τούτους, οἷς (= *hos,* quibus). « Notum est autem omnibus, pron. οὗτος sexcenties usurpari ab iis, qui causam dicunt, ut adversarios significent. Nec raro fit, ut voces, quæ directæ orationis propriæ sunt, in suspensa retineantur. »

10. καὶ τὰ χρήματα δημοσιεῦσαι, τὸ δ' ἐπιδέκατον τῆς θεοῦ εἶναι. — Cobetus : δημόσι' εἶναι, τὸ δ' ἐπιδέκατον τῆς θεοῦ. Ego, cum verbum δημοσιεύειν ab sermone Attico videatur esse alienum, potius scripserim δημεῦσαι, ut est § 20 τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι, cf. Hesych. (= Suid.) : δημεύσας· δημοσιεύσας, et eundem (= Etym. M.) : δημεύειν· τὸ οὐσίαν τινὸς δημοσιῶσαι.

12. παράνομα φάσκοντες συγγεγραφέναι. — Recte Cobetus videtur reposuisse γεγραφέναι.

13. ἐὰν μὴ ἀφῶσι τὴν κλῆσιν Wyttenbachius; codd. ἐκκλησίαν.

19. ἡμαρτηκότας τὰ μέγιστα εἰς θεούς τε καὶ ὑμᾶς αὐτούς Morus; codd. εἰς τὰ μέγιστα.

20. ἀποθανεῖν εἰς τὸ βάραθρον ἐμβληθέντα Dobræus ex Aristophanis scholiasta, Eccl. 1089 : Ξενοφῶν δὲ « εἰς τὸ βάραθρον ἐμβληθέντα ἀποθανεῖν » ; codd. ἀποθανόντα — ἐμβληθῆναι.

21. αἰσχρόν μοί ἐστιν. — αἰσχρὸν [γάρ] *Brodæus* (1).

22. τοῦτο δ' εἰ βούλεσθε. — εἰ [μή] *Goldhagenius.*

24. καὶ οὐκ ἀδικοῦντες ἀπολοῦνται. — Scriptum videtur fuisse οὐκ ἀδίκως, quod e margine Leunclavianæ Cobetus recepit. Mirum est vero quod absurdam lectionem ἀδικοῦντες et Dindor-

(1) De hoc vide Gailium, t. VII, II, p. 131 sq.

fius et Holwerda et nuper in editione Weidmanniana Breitenbachius retinuerunt.

7, 26 sq. τί δὲ καὶ δεδιότες σφόδρα οὕτως ἐπείγεσθε; ἢ μὴ οὐχ ὑμεῖς ὃν ἂν βούλησθε ἀποκτείνητε καὶ ἐλευθερώσητε, ἂν κατὰ τὸν νόμον κρίνητε, ἀλλ' οὐκ ἂν παρὰ τὸν νόμον, ὥσπερ Καλλίξενος τὴν βουλὴν ἔπεισεν εἰς τὸν δῆμον εἰσενεγκεῖν μιᾶι ψήφωι; Ἀλλ' ἴσως ἄν τινα καὶ οὐκ αἴτιον ὄντα ἀποκτείναιτε (Dindorfius; codd. ἀποκτείνετε, ἀποκτείνητε, ἀποκτενεῖτε), μεταμελήσει (in quibusdam codicibus est μεταμελήσηι) δὲ ὕστερον· ἀναμνήσθητε ὡς ἀλγεινὸν καὶ ἀνωφελὲς ἤδη ἐστί, πρὸς δ' ἔτι καὶ περὶ θανάτου ἀνθρώπου (V; in ceteris est ἀνθρώπους) ἡμαρτηκότας (in quibusdam est ἡμαρτηκότες). — Recte, ut opinor, locum multum vexatum ita restituit Madvigius: ἢ μὴ οὐχ ὑμεῖς — κατὰ τὸν νόμον κρίνητε; ἀλλ' οὔκ, ἂν παρὰ τὸν νόμον — μιᾶι ψήφωι, ἀλλ' ἴσως ἄν τινα — ἀποκτείναιτε (« sed non ita res erit, si contra legem judicaveritis cett., verum forsitan cett. »), μεταμελήσει δὲ ὕστερον, [ὃ] ἀναμνήσθητε ὡς ἀλγεινόν — ἡμαρτηκότας.

30. καὶ δοξάντων τούτων καταλιπεῖν τρεῖς ναῦς ἕκαστον — καὶ τὰς τῶν ναυάρχων τρεῖς· αὗται ἅπασαι cett. — Haud scio an legendum sit: καὶ δοξάντων τούτων vel, ut Cobeto placet, καὶ δόξαν τοῦτο, καταλιπεῖν — καὶ τὰς τῶν ναυάρχων τρεῖς, αὗται ἅπασαι cett.; ita certe ut nunc fertur locus mihi non videtur sanus esse.

31. τῶν δὲ καταλειφθέντων ταξιάρχων (in codicibus quibusdam est τριηράρχων) ἦσαν ναὶ Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης. Cum supra, 6, 35, sit Θηραμένην τε καὶ Θρασύβουλον τριηράρχους ὄντας καὶ ταξιάρχων τινάς, hoc aut neglegentius scriptum esse putandum est aut, quod mihi quidem probabilius videtur, cum Breitenbachio ταξιάρχων delendum.

Ibid. τί τούτων οὐχ ἱκανῶς καὶ καλῶς ἔπραξαν; — Verba καὶ καλῶς quo jure Dindorfius deleverit non intellego.

35. ἕως ἂν κριθῶσιν Stephanus; codd. ἐάν.

CAPUT QUINTUM

De orthographia Xenophontea.

§ 23. — Superest ut de orthographia deque formis Atticis quæ apud Xenophontem restituendæ esse videantur pauca dicamus. In ejusmodi rebus vel optimæ notæ codices parvæ auctoritatis esse, quod pro formis Atticis sæpissime librarii communis quæ dicitur linguæ formas intulerint, cum per se consentaneum sit, tum etiam tot exemplis comprobatum est ut nulla jam de ea re dubitatio esse possit. Quid igitur Atticum sit, quid non, si quis via et ratione inquirere voluerit, is primum veteres grammaticos (1) adeat necesse est; tum inscriptiones Atticas diligenter perlustret; post apud poetas Atticos in dialogi partibus quas formas metrum tueatur videat; codicum vero ita rationem habeat ut, quotiens ceteris testimoniis res dijudicetur, ne quid illis tribuat, in rebus tamen dubiis eos sequendos esse existimet. Ad cognitionem vero Atticæ dialecti plurimum contulerunt cum alii, tum in primis *Cobetus* (*Variæ lectiones, Novæ lectiones,* cett.); Κόντος (Λόγιος Ἑρμῆς, Lugd. Batav., 1866 sq.), *Dindorfii* duo (vide Stephaniani Thesauri editionem Parisinam, tum etiam annotationes eorum ad scriptores

(1) Horum qui in eis quæ sequuntur afferentur hi ferme erunt : Mœris, Λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον (edidit Pierson, Lugd. Bat., 1759); Ælius Herodianus (edidit Lentz, apud Teubn., 1867-1870); Phrynichus, Ἐκλογὴ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν (ed. Lobeck, Lipsiæ, 1820); Arcadius, περὶ τόνων (v. G. Dindorfii *Grammaticos Græcos*, I, Lipsiæ, 1823); Chœroboscus (ed. Gaisford, Oxoniæ, 1842); Johannes Alexandrinus, Τονικὰ παραγγέλματα (ed. G. Dindorf, Lipsiæ, 1825); Theognostus, Κανόνες (v. Crameri *Anecdota Oxoniensia,* t. II); Eustathius, Παρεκβολαὶ εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν (editio Romana, 1542-1550); Thomas Magister, Ὀνομάτων Ἀττικῶν ἐκλογαί (ed. Ritschl, Halis, 1832); — his addendi sunt primum lexicographi : Pollux, Hesychius, Stephanus Byzantinus, Photius, Etymologicum Magnum, Suidas; tum scholiastæ scriptorum Atticorum; deinde grammaticorum fragmenta quæ sunt in *Anecdotis Græcis* Bekkeri (Berolini, 1814-1821), item in Crameri *Anecdotis Græcis Oxoniensibus* (Oxoniæ, 1835-1837).

Atticos quos ediderunt). Inscriptiones Atticas diu a grammaticis neglectas potissimum adhibuerunt *Wecklein* in *Curis epigraphicis ad grammaticam Græcam et poetas scenicos pertinentibus* (Lipsiæ, apud Teubn., 1869), et *Cauer* in *Quæstionibus epigraphicis de dialecto Attica vetustiore* quas scripsit in octavo volumine *Studiorum Curtii ad Græcam et Latinam grammaticam pertinentium* (1) (1875); videndus est etiam *von Bamberg* in diario quod vocatur *Zeitschrift für Gymnasialwesen* (2) et *Paulus Foucart* in Gallicis novis philologiæ annalibus (3).

De Xenophonte vero quæstio propterea est difficilior quod, cum ad vetustiorem Atticam dialectum tragici referantur et Thucydides, oratores vero ad recentiorem, in medio, ut Aristophanes et Plato, ita etiam Xenophon videtur esse positus. Ceterum, inter vetustiorem Atticam dialectum et recentiorem quid interesset, nemo adhuc, quod sciam, satis diligenter exploravit (4); illud tamen certum videtur esse, cum circa finem quinti sæculi nova ab Atheniensibus paulatim litteratura recepta esset, non multo post etiam in formis multa mutata esse : quo fit ut sæpe, cum hoc vel illud a grammaticis veteribus Atticum esse dicatur, vetustior an recentior Atthis intellegenda sit, non satis liqueat. Apud Xenophontem vero num etiam recentioris Atthidis formæ recipiendæ sint sæpius dubium est.

§ 24. — Ut exempla pauca afferamus, reponendæ sunt apud Xenophontem cum Cobeto et Dindorfio formæ hæ ab librariis corruptæ :

I, 1, 2 ἐσήμηνε (codd. ἐσήμανε).	Vide Phrynichum, p. 24 ed. Lobeck., et eundem in *Anecdotis* Bekkeri, p. 62. Etym. M. p. 483, *s. v.* κάθαρμα.
5 ἠιόνα (codd. ἠϊόνα).	Thom. Mag., p. 429 : ἠιὼν ἠιόνος κάλλιον ἢ ἠϊὼν ἠϊόνος. *C. I. G., Add.*, 1923 *b* : ἠόνος (in titulo deterioris ætatis).
8 Θράσυλλος.	In Mem. I, 1, 18 ejusdem nomen codd.

(1) *Studien zur griech. u. lat. Grammatik* (Leipzig, Hirzel).

(2) *Zeitschrift für Gymnasialwesen*, 1877, Jahresberichte des philol. Vereins zu Berlin, p. 1-17.

(3) *Revue de philologie*, I (1877), p. 35 sqq.

(4) V. tamen Bergk, *Griech. Literaturgeschichte*, I (1872), p. 74-76.

codd. Θρασύλος vel Θράσυλος).

scribunt Θράσυλλος; apud Thucydidem, VIII, 73, 4. 75, 2. 76, 2, et Θράσυλλος et Θράσυλος est in codicibus. Forma Θράσυλλος etiam inscriptionum testimonio confirmatur : v. *C. I. A.* I, 432. *C. I. G.* 162. *Rang.* 1251. 1481. *Dumont,* Inscr. epheb., XLII *a.* XLVIII, C. Δελτ. ἑλλ. ἀλλ., 1878, p. 10, v. 24 ; quamquam forma Θρασύλος et ipsa Græca potest esse, ut Αἰσχύλος dicitur, Φειδύλος, Πραΰλος, Δερχύλος cett.

I, 1, 13 Προκόννησον (codd. vel Προικόνησον vel Προικόννησον, quod miror a Cobeto servatum esse).

Vide Eckhel, *Doctr. num.*, II, p. 477. — *C. I. A.* I, 234, 61. 237, 80-81. 238, 86. 242, 5. 256. 257. *C. I. G.* 8. 3282. 3386. 4340 *e, Add.* — De etymologia conferendum est Etym. M. p. 689 *s. v.*, ubi simul et prava etymologia affertur, ex qua forma deterior Προικ. videtur orta esse. Formam Προκ. tuetur etiam apud Stephanum Byzantinum, Hesychium, Suidam ordo litterarum. — Προκόννησον et similia cum duobus ν scribenda esse, at contra Χερρόνησον cum uno dixi in Δελτ. ἑλλ. ἀλλη λ., 1877, p. 192.

18. Σῦρᾱκŏσίων (codd. Συρακουσίων, Συρρακουσίων).

Eckhel, I, 242-247. — *C. I. G.* 5367 *a.* 5368. 5408 (Συρηκοσίων in hexametro). 5491. 5752. — Cf. locos poetarum : Pind., Ol. 1, 23. 6, 18, Pyth. 1, 73. Eur. ap. Plut., Nic. 17. Aristoph. ap. Athen., XII, p. 527 C. Theocr. 8, 1. 22, 2; — Verg., Ecl. 6, 1. Ovid., Fast. VI, 277, Pont. IV, 3, 39. Claudian., Epigr. 18.

24 σᾶ (codd. σῶα, σῶ,α), item 2, 5 ζών (codd. ζωόν, quod retinuit Cobetus).

Quamquam Weckleinius ex inscriptione Attica (Ἐφ. ἀρχ. 117) ΣΟΟΝ (= σῶον) affert, tamen ex eis quæ grammatici dicunt colligi potest formas Atticas has fuisse : σῶς, fem. σῶς vel, ut videtur, etiam σᾶ, σῶν ; nomin. plur. masc. σῶι, neut. σᾶ ; accus. vel masc. vel fem. σῶς : vide Mœr., p. 347. Thom. M., p. 380. Eust. ad Iliad. N, 773.

p. 959. Etym. M., p. 742 (*s. v.* σωτηρία). Phot. et Suid. *s. v.* Schol. Plat. p. 444. — Cf. *C. I. G.* 82 (paulo post Euclidem) σῶ[ν]. — Sophocles : σῶς Œd. C. 1210. σῶν Phil. 21 ; — Euripides : σῶς Suppl. 643. 644. Hec. 994. 995. Rhes. 525. Fragm. 355. σῶς fem. Cycl. 294 ; — Aristophanes : σῶν Lys. 488. Neutrum σᾶ ex Euripide affert Eustathius *l. l.*, femininum σᾶ et femininum σῶς idem ex Aristophane. Apud Thucydidem, I, 74, 3, pro σῶοι quod est in codicibus ex Suida et Etym. M. restituendum est σῶι. V. etiam Cobetum, *Mnemos.*, 1875, p. 196 (σᾶ in codice Platonis Parisino A).

De ζωιός (1), ζώς magis dubia res videtur ; sed tamen, cum multis grammaticorum locis σῶς et ζώς inter se comparentur, secundum illius analogiam etiam ζώς potius quam ζωιός Atticos dixisse crediderim ; quas vero grammatici formas afferunt, hæ sunt : ζώς ; accus. ζών ; plur. masc. ζώι, accus. ζώς, vide Phryn. ap. Bekk., *Anecd.*, p. 22. Chœrob. ap. eundem, 1231. Etym. M., *s. v.* σωτηρία. Hesych. et Suid. *s. v.* Cf. Bekk., *Anecd.*, p. 347, de ἀείζως (masc. fem.), ἀείζων.

I, 1, 33 πρώι (codd. πρωΐ).

Bekk., *Anecd.*, p. 61. Hesych. *s. v.* πρωΐ. Suid. *s. v.* Johann. Alex., Τον. παραγγ., 32. — Aristoph., Av. 129. 132 (ubi conferendus est schol.). Vesp. 104. 689. Lys. 612. Eccl. 291 ; — Soph., Trach. 631.

2, 10 ἔδοσαν (ἔδωκαν codd., quod servavit Dind.).

Notum est verborum τίθημι, δίδωμι, ἵημι indicativum aoristi Atticum hunc esse : ἔθηκα, ἔθηκας, ἔθηκεν ; ἔθεμεν, ἔθετε, ἔθεσαν ; — ἔδωκα, ἔδωκας, ἔδωκεν ; ἔδομεν, ἔδοτε, ἔδοσαν ; — ἧκα, ἧκας, ἧκεν ; εἶμεν, εἶτε, εἶσαν. Nam et antiquæ inscrip-

(1) ζωιός, non ζωός scribendum esse docet Cobetus, *Mnemos.*, 1875, p. 326.

tiones semper videntur habere ἀνέθεσαν, ἔδοσαν (1) cett., cum in recentioribus etiam ἀνέθηκαν, ἔδωκαν occurrat, cujus rei longum est omnia exempla colligere (2), et apud Mœridem, p. 11, legitur : ἀπέδομεν, ἀπέδοτε, ἀπέδοσαν Ἀττικῶς · ἀπεδώκαμεν, ἀπεδώκατε, ἀπέδωκαν Ἑλληνικῶς, cf. Bekk., *Anecd.*, 470 : ἀφεῖσαν · ἀφῆκαν. Πλάτων καὶ Ἕρμιππος, et, quod compluribus Euripidis locis est ἔθηκαν (Or. 1166. 1641. Phœn. 30. Herc. f. 590. Fragm. 455), cf. θῆκαν Bacch. 129 (in loco melico), παρέδωκαν (in loco melico, Med. 629), κἀνέδωκαν (Fragm. 488), ἐδώκαμεν (Cycl. 296), προὐδώκαμεν (Heracl. 463), item apud Aristoph., Nub. 969 (in anapæstis), παρέδωκαν, id metri causa potuit fieri; alterius vero formæ exempla apud poetas hæc notavi : Æsch., Pers. 283 ἔθεσαν. Agam. 1335 ἔδοσαν; — Soph., Phil. 64 παρέδοσαν. 309 προσέδοσαν. Œd. R. 1405 ἀνεῖτε; — Eur., Troad. 6 ἔθεμεν. Bacch. 775 ἔθεσαν, item Iph. A. 1078; Bacch. 1110 προσέθεσαν. Troad. 874 ἔδοσαν, item Herc. f. 743, El. 1304; Or. 1165 προὔδοσαν, item Heracl. 522; Iph. T. 1181 καθεῖσαν.

In loco autem Hellenicon parum veri

(1) In Δελτ. ἑλλ. ἀλλητ. anni 1876 (*Extrait de la Revue archéologique*, Paris, Didier), p. 1, inscriptio satis antiqua habet ΑΝΕΘΕΚΑΝ; verum hæc non Attica est, sed Dorica.

(2) Quæ ad manum habeo exempla hæc sunt :

ἀνέθεσαν *C. I. A.* I, 338. *Rang.* 1059 (Ol. 109,1). 1102 (Ol. 100-110). 1163 (Ol. 113, 4). Eandem formam (ἔθεσαν) constanter exhibet titulus nuper in Δελτ. ἑλλ. ἀλλ., 1878, p. 570-577, editus, qui non multo est anno 179 antiquior. — ἀνέθηκαν *Rang.* 1079 (Ol. 113,4-115,4), et in titulis recentioribus. Item Ἀθήναιον, V, p. 527, in titulo ætatis Macedonicæ. —— ἔδοσαν *C. I. G.* 139 (Ol. 88,3-89,2). 144. 147 (Ol. 92,3). 158 (Ol 100,4-101,3). *Rang.* 822 (Ol. 87). 834 (post Ol. 95,3). 849 (Ol. 117,1). 856 (Ol. 99,3-100-3). 863 *b* (Ol. 106,4-112,3). 2337 (Ol. 101,2). ἔδομεν *C. I. G.* 150 (Ol. 95,3). *Rang.* 56 et 57 (circa Ol. 93, 2). 843 (circa Ol. 100). 857 (Ol. 106,2). — ἀπέδωκαν *Rang.* 880 (in titulo ætatis Macedonicæ).

simile est Xenophontem scripsisse ἀριστεῖα ἔδωκαν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεί; itaque pro ἔδωκαν cum Cobeto ἔδοσαν reponendum est, ἔδοσαν vero expungendum. — Item 2, 18 Xenophontem non ἀφῆκαν, quod codices habent, sed potius ἀφεῖσαν scripsisse crediderim.

I, 3, 13 Φιλόδικος (codd. Φιλοδίκης, quod retinuit Cobetus; Dindorfius Φιλοκύδης legendum esse suspicatur).

Nullum videtur esse nomen proprium quod in -δίκης desinat.

4, 1, Γορδιείῳ (codd. Γορδίῳ).

Steph. Byz. *s. v.* et *s. v.* Τέμβριον. Theogn., Κανόνες, p. 129 : quamquam formam Γορδίον tuetur Chœrob. ap. Cram., *Anecd. Oxon.*, II, p. 197.

22 Γαύρειον (Γαύριον codd.).

Formam hanc tuentur cum locus Livii XXXI, 45, 3, ubi codicum *Gaureleon* vel *Gaurelon, Caurelon* ex *Gaureion* corruptum videtur, tum verborum Λαύρειον, Γάμβρειον analogia, ut dixit Κόντος in Σωκράτει, I, p. 47.

5, 20 ἐλήιζετο (codd. ἐληΐζετο).

Eur., Troad. 373. 866. Med. 256. Hel. 475; cf. λῃστής.

6, 12 πεντεδραχμίαν (codd. πενταδραχμίαν). III, 4, 3 ἑκμήνου (codd. ἑξαμήνου).

Ex eis quæ grammatici tradunt efficitur unice Atticas esse formas : πεντετηρίς, πεντέμηνον, πεντέκλινον, πεντέχαλκον, πεντέπηχυ, πεντετάλαντος, ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ (Aristoph., Equ. 1049); — ἕξκλινον, ἕξπουν, ἕξπηχυστί, ἕκμηνος, ἑκδραχμον, ἑξμετρα, ἑξέτει (Aristoph., Nub. 862); — ὀκτώπουν; — δεκέτης; — εἰκοσιστάδιον. Vide Mœr., p. 321. Etym. M., p. 346, *s. v.* ἑξάκλινον. Phrynich., p. 412. Eust. ad Iliad. Δ, 109, p. 450; ad Odyss. A, 281, p. 1417. Hesych. et Suid. *s. vv.* πεντετηρίς, δεκέτης. Hesych. *s. vv.* ἕκδραχμον, ἑξμετρα. Suid. *s. vv.* πεντετάλαντος, ἑξέτει. Mœr.,

p. 123 (Thom. M., p. 203). — Cf. *C. I. G.* 160 (Ol. 92, 4) : πεντέπους, πεντέποδε ; πεντεπάλαστα, πεντεπάλαστον ; — ἕκποδες, ἔκποδε ; — ὀκτώποδα, ὀκτώποδος ; item formarum ἑξδάκτυλα, ἑγδάκτυλα ex titulis exempla affert Weckleinius, p. 49. — Aristoph. ap. Poll., III, 42, ἑπτέτις, Ach. 191 δεκέτεις ; — δεκέτης Soph., Phil. 715 ; Eur., Andr. 307. — V. etiam Cobetum, *Var. lectt.*, p. 248. *Mnemos.*, 1876, p. 260. *Collectanea critica* (1878), p. 191.

I, 7, 23 κρινέσθων (κρινέσθωσαν codd.).

Formas -τωσαν, -σθωσαν ab sermone Attico alienas fuisse efficitur :

1° Grammaticorum testimoniis : vide Mœr., p. 15. Etym. M., p. 6, *s. v.* ἀγγελλόντων. Eust. ad Iliad. B, 438, p. 251 ; ad Odyss. P, 530, p. 1831. Thom. M., p. 922.

2° Titulis Atticis :

C. I. A. I, 20 δό[ν]το[ν]. 31 παρασχόντον, νεμάντ[ον]. 32 ἀποδόντον, ἐχσαλειφόντον, ἀποφαινόντον, ταμιευόντον, συνανοιγόν[το]ν, συνκλειόντον, ἀναγραφσάντον, ἀναγραφόντον, διδόντον, [θέ]ντον ; λογισάσθον, συσσεμαινόσθον (1), ἀπαριθμεσάσθον, ἀποστεσάσθον, παραδεχσάσθον. 34 [ἀναγρ]αφόντον. 38, *e* ἐσαγόντον. 38, *g* [ἀπο]μισθοσάντον. 45 δόντον. 54 [κατ]αστεσάσθον. 59 ἀπομισθοσάντο[ν]. 61 ἀν[α]γρα[φ]σά[ν]τ[ον], [κ]α[τ]α[θ]έ[ν]τ[ον], δόντον ; ἐσέσθ[ο]ν (cf. Demosth., in Macart., 57). 68 ἀποδιδόσθον. 77 ζεμιό[ν]τ[ον]. 93 διδόντον.

C. I. G. 74 ὁμοσάντον. 80 ἐκπραττόντον, παραδιδόντον. *Add.*, 73 *c*, παρεχόντον, ὄντον (2), διδόντο[ν], κυαμευσάντο[ν].

Rang. 250 συ[μβιβ]ασάντον, π(ε)μπόν-

(1) De hac forma -όσθων pro -έσθων, cujus nunc exempla habemus ab Ol. 84 ad Ol. 107, 3 octo, vide von Bamberg, *Zeitschr. f. Gymn., l. l.*, p. 4.

(2) Pro ὄντων legitur ἔστων apud Hom., Od. A, 273. Plat., Resp. VI, 502 A. Legg. VI, 759 E. Xen., Cyr. IV, 6, 10. VIII, 6, 11. Cf. τόντων, ἔτων.

τον, κολυόντον, ἐόντον, ὄντον ; εὐϑυνέσϑον. 257 [ἀ]ποδιδόντον, ἀποπεμφσάντον. 278 [ἐπι]μελέσϑον. 381 (Ol. 100,3 = 378) ἀπο[δ]όντων, [ζ]ημιούντων. 785 *b* παρασχόντον, Ηελέσϑ[ον].

Ἀϑήναιον, 1877, p. 158 (in titulo anni 320) ἐπαναγκαζόντων. P. 516 (in titulo anni 363) ε[ἰ]σπραξάντων, συνεισπραττόντων.

C. I. G. 123, ubi est ἀφανιζέτωσαν, πωλε[ίτ]ωσαν, [τ]ηρείτωσαν, ἐ[παναγκαζέσ]ϑωσαν, [καταβα]λλέσϑωσαν, simul et [κολα]ζόντω[ν], non est Ol. 118,3 = 306 antiquior.

Rang. 676 (post Ol. 123 = 288) καταβαλλέσϑωσαν, ὑποϑέτωσαν.

Δελτ. ἑλλ. ἀλλ., 1878, p. 430 (post Ol. 118, 2 = 307) : παραδότωσα[ν], item..... -έτωσαν.

3° Locis poetarum :

Æsch., Suppl. 667 φλεόντων (1). 671 σεβόντων. Choeph. 714 κυρούντων. Eum. 32 ἴτων. Fragm. 42 ϑέντων.

Soph., Œd. C. 455 πεμπόντων. Aj. 660 σωιζόντων. 961 γελώντων καὶπιχαιρόντων.

Eur., Iph. T. 1206 κἀκκομιζόντων. Herc. f. 575 χαιρόντων; Iph. T. 1480 pro ἴτωσαν εἰς σὴν repositum est εἰς σὴν ἰόντων (2), item Ion. 1131 pro ἔστωσαν scripsit Elmsleius ἑστᾶσιν.

Aristoph., Ach. 186 βοώντων. Nub. 197 ἐπιμεινάντων. 453 δρώντων. 456 παραϑέντων. Av. 583 ἐκκοψάντων. Lys. 491 δρώντων; Nub. 439 χρήσϑων. 1142 δικαζέσϑων. Vesp. 1530 ἐγγενέσϑων. Thesm. 48 λυέσϑων.

---

(1) V. de hoc loco editionem Hermannianam (v. 643).

(2) Quæ forma legitur apud Pind., Isthm. 7, 41. Thuc., IV, 118, 10. Plat., Legg. XII, 956 C. Xen., An. I, 4, 8.

Occurrunt ἔστωσαν et παρακείσθωσαν apud Archestratum (qui Aristotelis æqualis fuit), vide Athenæum, pp. 4 E. 56 C, item apud Menandrum περιμαξάτωσαν, περι[σε[ωσά]τωσαν, vide Clementem Alexandrinum, VII, 303.

§ 25. — Sunt etiam alia quæ miror quomodo nec Cobetus nec Dindorfius restituerit: velut I, 1, 13 pro ἀθρόαι scribendum est ἄθρόαι, vide Eust. ad Iliad. B, 439, p. 251. Ξ, 38, p. 966; ad Odyss. A, 27, p. 1386. Etym. M., p. 25, *s. v.* Schol. Aristoph., Ach. 26. Arcad., p. 195. Herodian., II, p. 130 ed. Lentz.; — item cum accentu scribi οἳ δ' οὐκ ἔφασαν (I, 1, 28, item alibi), quod hic non articulus, sed pronomen esset, consentaneum erat, cf. Eust. ad Iliad. A, 9, p. 23; sed nescio quomodo in scriptorum Græcorum editionibus prava orthographia fertur ὁ δέ, οἱ δέ (1).

I, 1, 31 restituendum videtur, ut Atticum, ηὐδόξει, quod habet ed. Castalionea. De qua re videnda sunt et exempla epigraphica (2) et grammaticorum testimonia, quæ affert Weckleinius, p. 33 sqq.; quibus addendus est Chœrob., p. 522 ed. Gaisf.: καὶ ἡ ευ δίφθογγος ὡς μὴ ἔχουσα γνήσιον μέγεθος — ὀφείλει τρέπειν τὸ ε εἰς η, ὡς καὶ παρὰ Ἀττικοῖς· ηὐφράνθη γὰρ λέγουσι καὶ ηὐχόμην· ἀλλ' ἐπεκράτησεν κατὰ κοινὴν διάλεκτον ἡ ευ δίφθογγος μὴ τρέπεσθαι, οἷον εὔχομαι εὐχόμην, εὐφραίνομαι εὐφραινόμην, εὐχαριστῶ εὐχαρίστουν, καὶ ἴσως χάριν εὐφωνίας, ὡς λέγει ὁ Ἡρωδιανός. Suidam igitur errasse putandum est, qui formam ηὐλόγησα vituperaverit, Etymologici vero Magni auctorem, p. 399, *s. v.* εὐφραίνω, cum εὔφραγκα dicendum esse scriberet, prava deceptum esse analogia formarum εὐώρκουν, εὐηρέστουν cett.

I, 6, 34 pro πλείους ἢ ἑξήκοντα mirum est nec Cobetum nec Dindorfium πλεῖν ἢ ἑξήκοντα restituisse, secundum præceptum Mœridis, p. 294: πλεῖν ἢ μύριοι Ἀττικοί, πλέονες ἢ μύριοι Ἕλληνες. Cf. *Thesaurum*, qui locum ex Demosthene affert, ubi,

(1) Bekkerus tamen, Meinekius, alii scribunt ὃ μέν, ὃ δέ cett.

(2) Vide etiam *Chronicon Parium* (post Ol. 129, 1 = 264), *C. I. G.* 2374, v. 22: ηὑρέθη.

cum in plerisque codicibus πλείους ἢ μυρίους sit, in nonnullis vero πλέον, unus codex Σ servavit πλεῖν. Videas etiam locos Aristophanis : Ach. 858 πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. Equ. 444 πλεῖν ἢ χιλίας. Nub. 1041 πλεῖν ἢ μυρίων. 1065 πλεῖν ἢ τάλαντα πολλά. Av. 6 πλεῖν ἢ χίλια. 1251 πλεῖν ἑξακοσίους. 1305 πλεῖν ἢ μύριοι. Lys. 589 πλεῖν ἤ γε διπλοῦν. Ran. 18 πλεῖν ἢ 'νιαυτῶι (R πλὴν ἢνιαυτοῦ, V πλὴν ἢνι αὐτοῦ). 90 πλεῖν ἢ μύρια. 91 πλεῖν ἢ σταδίωι. 103 et 751 πλεῖν ἢ μαίνομαι. 1129 πλεῖν ἢ δώδεκα. Eccl. 808 πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. Plut. 1184 πλεῖν ἢ μύριοι. Occurrit tamen etiam πλεῖον ἢ τρισμυρίων, Eccl. 1132.

§ 26. — Sunt vero alia quæ mihi magis dubia videantur. Ex quibus pauca hic commemorabo.

I, 5, 1 et V, 6, 61 pro eo quod est in codicibus Κῶ, Κέω Cobetus et Dindorfius Κῶν, Κέων restituerunt. Sed, ut hæ formæ magis Atticæ sint, si Xenophontem λαγῶ [*sic*] dixisse testatur Trypho ap. Athen., IX, p. 400 A (cf. Eust. ad. Od. E, 262, p. 1534), dicere potuit etiam Κῶ vel Κέω : quæ forma (Κέω) ter legitur in titulo Attico anni 363 (Ἀθήναιον, 1877, p. 517).

Cetera quæ de ea re notavi hæc sunt :

λαγών Aristoph., Vesp. 1203, cf. Athen., *l. l.*

Apud Lucianum, Pseudos. 3, accusativus λαγώ pro solœco affertur.

At contra Herodianus (in ed. Mœridis Piersoniana, p. 439) : τὸν λαγὼν καὶ τὸν νεών, τὸν νεὼ καὶ τὸν λαγώ, ἄνευ τοῦ ν ἢ σὺν τῶι ν. — Acc. νεώ occurrit Ἀθήναιον, 1877, p. 152 (347 a. Ch.), item Δελτ. ἑλλ. ἀλλ., 1878, p. 429 (circa Ol. 123 = 288), cf. *Rang.* 453 (qui titulus Ol. 127, 3 = 270 non potest esse antiquior).

Thom. M., p. 861 (1) : σεσημείωται ἐν μὲν τοῖς ἀρσενικοῖς τὸ Ἄθω, ἐν δὲ τοῖς θηλυκοῖς τὸ Κῶ.

Apud Verg., G. I, 332. Valer. Fl., I, 664 formam *Atho* tuetur metrum; apud Catull., LXVI, 46. Ovid., Met. XI, 554. Val. Fl.,

(1) In eo loco pro μονοχλίτων legendum esse puto ὁμοιοχλίτων, quamquam hujus nominis nullum in lexicis exemplum est.

II, 76. Stat., Silv. IV, 3, 56, *Athon* legitur, sed tamen sine metri necessitate.

§ 27. — In heteroclitis tertiæ declinationis in -ης desinentibus Cobetus et Dindorfius ubique formam accusativi -η reposuerunt. De qua re mihi videtur difficillimum judicium esse. Nam, quod grammatici accusativum -ην Atticum esse dicunt (vide Mœr., p. 134. Chœrob. ap. Bekk., *Anecd.*, p. 1190. Demetr., περὶ ἑρμην., 177. Etym. M., p. 152, *s. v.* ἀσεβής), id neque titulis videtur comprobari, quamquam ea quæ apud Weckleinium sunt (p. 22 sqq.) propterea minus certa sunt quod ne formæ -η quidem exemplum ullum affert bonæ ætatis, neque apud poetas scænicos ullus locus est ubi formam -ην metrum tueatur, cum apud Aristoph., Nub. 355, pro eo quod est in codicibus Κλεισθένην metro cogente Κλεισθένη restituendum sit. Itaque grammaticorum testimonia haud scio an de recentiore Atticismo intellegenda sint, a quo formam -ην non alienam certe fuisse inscriptionibus confirmari videtur (1). Xenophontem vero num ab hac forma abstinuisse putandum sit, mihi dubium est; quapropter ego in ea re codices sequi tutius crediderim.

§ 28. — In nominibus in -εύς desinentibus Cobetus et Dindorfius ubique accusativum -έας restituunt. Et certe, quin forma -εῖς parum Attica fuerit, dubitari non potest. Quod comprobatur cum grammaticorum testimoniis (Thom. M., p. 364. Bekk., *Anecd.*, p. 87; cf. Lucianum, Pseudos. 8, ubi ἱππεῖς solœcum esse dicitur), quamquam apud Bekk., *Anecd.*, p. 1195, scriptum est: ἡ δὲ τούτων αἰτιατικὴ διὰ τῆς ει διφθόγγου μόνως λέγεται, tum titulis Atticis, — atque hic ad ea quæ Weckleinius habet (2) (p. 19) notavi addenda

(1) Eis quæ sunt apud Weckleinium addenda sunt: Ἐτεοκλέ[α] *Rang.* 881 (circa Ol. 100 = 380). [Cf. Ἐτεοκλέα Æschyl., Sept. 1007. Soph., Ant. 23. 194. Eur., Phœn. 56. 73. 1252; Soph., Trach. 476, pro Ἡρακλῆ reponendum est *trisyllabum* Ἡρακλέα]. — Καλλισθένην *C. I. G.* 214 (Ol. 115, 1 = 320). — Ἀριστοτέλην *Rang.* 1247 (Demosthenis fere ætate). — Κλεοφράδην *C. I. G.* 538 (circa Ol. 100 = 380). — Εὐχάρην *Rang.* 430 (Ol. 119, 1 = 304). — [τε]τρήρην *Tab. nav.*, p. 423, 48 (Ol. 113, 3 = 326). τριήρη ibid., p. 426, 125 (Ol. 113, 3). — Ceterum apud Weckleinium, p. 22, v. 10, legendum est 172 pro 171; v. 26, 1247 pro 1274.

(2) P. 19, v. 33, pro 120 legendum est 102.

esse : *C. I. A.* I, 79 Ιππ[έ]ας. 37 *b* [ἐ]σαγογέα[ς]. *Rang.* 281 κοπέας. 382 (Ol. 101, 2 = 375) ἱππέας. Ἀθήναιον, V, p. 74 (Ol. 84), v. 21. 42 Χαλκιδέας. Ibid., p. 424 (Ol. 104, 4 = 361), v. 15-16. 24 ἱππέ[α]ς. *Mittheil. d. deutsch. arch. Instit. in Athen,* II, p. 212, [ἱ]ππέας (qui titulus e priore quarti a. Ch. sæculi parte videtur esse); — tum etiam locis poetarum, ubi formam -έας metrum tuetur : apud Euripidem : Suppl. 507 τοκέας. Rhes. 866 Ὀδυσσέας. El. 276 φονέας; apud Aristophanem : ἱππέας Ach. 7. Equ. 610. Nub. 120. 554. Lys. 676. Ran. 653. Ἀχαρνέας Ach. 177. 200. 203. 224. Μεγαρέας 533. γονέας Nub. 994. Itaque Eur., Rhes. 480. Fragm. 219, ubi fertur forma -εῖς, aut monosyllabum -έας est reponendum aut -ῆς; nam apud Sophoclem quidem, Aj. 390, accus. βασιλῆς habet codex *Laurentianus* A, quam formam tuetur etiam Herodianus ap. Bekk., *Anecd.*, p. 1195.

Præcedente vocali, -έας in -ᾶς contrahi solebat, quod miror quomodo Weckleinius (p. 21) negare potuerit, ut etiam apud Aristophanem, Av. 1040, pro Νεφελοκοκκυγγιᾶς scriptum vellet Νεφελοκοκκυγγιέας (cum synizesi). Videndum est autem de hac re Δελτ. ἑλλ. ἀλληλ., 1877, p. 305. Cf. Steph. Byz. *s. v.* Πλαταιαί, ubi legendum est : οἱ πολῖται Πλαταιεῖς [καὶ] κατὰ συναίρεσιν Ἀττικῶς τοὺς Πλαταιᾶς. Eust. ad Od., A, 137, p. 1401 (χοᾶς). Johann. Alex., p. 20. Aristophanem vero, Ran. 694, Πλαταιᾶς scripsisse testatur etiam scholiasta (1).

Quæ cum ita sint, de Xenophonte dubitationem mihi injicit locus Helladii qui est apud Photium (Bibl., p. 533, B, 23) : ὅτι ἱππεῖς μὲν καὶ νομεῖς δεῖ γράφειν καὶ λέγειν τὴν εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν, οὐκέτι δὲ καὶ τὰς αἰτιατικάς, ἀλλ' ἱππέας καὶ νομέας· εἰ δὲ καὶ Ξενοφῶν εἴρηκε τοὺς νομεῖς, οὐδὲν θαυμαστόν,

(1) Ceterum etiam in accusativo singulari et in genetivo singulari contractionem hanc Atticam fuisse docent grammatici :

Mœr., p. 314. Suid., *s. v.* Ἀτρέα. Etym. M., p. 189, *s. v.* βασιλεύς; p. 670, *s. v.* Πηλεύς. Chœrob. ap. Bekk., *Anecd.*, p. 1194 (= p. 213 ed. Gaisf.). Cramer, *Anecd. Oxon.*, IV, 195. Bekk., *Anecd.*, p. 383.

Fatendum est tamen etiam unum aut alterum titulum bonæ ætatis esse, in quo hæ formæ omissa contractione occurrant : v. Weckleinium, *l. l.* et cf. Ἀθήναιον, V, p. 424 (Ol. 104, 4 = 361) Ἐρχιέα. *Rang.* 391 (Ol. 105, 4 = 357) Ἐρετριέων. *Mittheil.*, II, p. 212, Ἐρετριέων; at contra Ἀθήναιον, V, p. 516 (Ol. 104, 2 = 363) legitur Κα[ρ]θαιῶν.

ἀνὴρ ἐν στρατείαις σχολάζων καὶ ξένων συνουσίαις εἴ τινα παροκόπτει τῆς πατρίου φωνῆς · διὸ νομοθέτην αὐτὸν οὐκ ἄν τις Ἀττικισμοῦ παραλάβοι : quamquam Herodianus *l. l.* Xenophontem τοὺς νομῆς scripsisse dicit, ut facile sit intellegere in eodem loco duplicem fuisse jam apud veteres scripturam, νομεῖς et νομῆς.

Ceterum in his nominibus veteres nominativi et accusativi pluralis formæ quo tempore in usu esse desierint non satis constat. Nominativi certe -ης, qui vetustioris Atticismi proprius esse videbatur, et Weckleinius exempla ex titulis desumpta usque ad Ol. 118 affert (p. 19), quibus addenda sunt ex titulo anni 360 (Ἀθήναιον, 1877, p. 526) Ἀχαρνῆς, Λουσιῆς, et Cobetus exemplum ex Demosthene (1) eruit, κατὰ Νεαίρας, p. 1357, 8, ubi pro μὲν γὰρ ἦσαν ἐλεύθεροι restituit Μεγαρῆς δ' ἀνελεύθεροι ; item Platonis codex Parisinus A nominativos habet βασιλῆς, νομῆς, v. Cobetum, *Mnemos.*, 1875, p. 195 sq.; cf. *Collectanea critica*, p. 32.

Accusativus υἱεῖς vel potius ὑεῖς, — nam hæc forma sola Attica videtur fuisse (2), — quem apud Aristoph., Vesp. 569, libri habent, legitur in titulo Attico quarti sæculi ineuntis, Ἀθήναιον, V (1877), p. 93, v. 37 ; nam ὑᾶς legendum esse ὑεῖς, non ὑῆς, docet totius tituli litteratura ; cf. ὑε[ῖ]ς et ὑεῖς *C. I. G., Add.*, 85 *b* (Ol. 102, 2-3). Ceterum nominativus non ὑεύς, sed ὑύς videtur fuisse, de qua re vide *von Bamberg, Zeitschr. f. Gymn., l. l.*, p. 6, id quod etiam genetivo υἱέος (Thom. M., p. 866. Etym. M., p. 775, *s. v.* υἱεύς. Chœrob. ap. Bekk., *Anecd.*, p. 1195) et dativo υἱέσι (Thom. M., *l. l.* Chœrob., *l. l.* Aristoph., Nub. 1001. 1424) comprobatur. Thom. M., *l. l.*, et υἱέας (3) et υἱεῖς agnoscit.

§ 29. — In optativis (4) Dindorfius pro -είημεν, -είητε, -είησαν

(1) Hunc tamen neque in nominativo neque in accusativo forma -ῆς usum esse auctor est Tzetzes (p. 115 ed. Hermann.).

(2) *P. Foucart, Revue de philologie*, 1877, p. 35. Cf. Ἀθήναιον, 1877, p. 153 (347 a. Ch.), υόν. — Δελτ. ἐλλ. ἀλλ., 1878, p. 422 (circa Ol. 117), ὑοῦ.

(3) Hujus tamen formæ υἱέας nullum mihi neque ex titulis neque ex poetis Atticis exemplum notum est.

(4) De his scripsit etiam *La Roche, Zeitschr. f. d. österreich. Gymn.*, 1874 ; cujus disputationis mihi ea tantum nota sunt quæ affert *von Bamberg, l. l.*, p. 8 sqq.

ubique restituit -εῖμεν, -εῖτε, -εῖεν (1). De qua re quæ ego notavi hæc sunt :

Grammatici formam breviorem dicunt esse Atticam : v. Mœr., pp. 93. 112, item Thom. M., p. 153, qui formam longiorem Atticam esse negant. Eust. ad Od. Ψ, 195, p. 1907. Schol. Plat., Euthyphr., 7 B.

Ex poetis scænicis hæc collegi :

Ex Æschylo : φανεῖμεν Pers. 786; — διδοῖεν Suppl. 703. ἀντιδιδοῖεν Eum. 984. δοῖεν Sept. 418. 422. Eum. 31. εἶεν Suppl. 185 (interjectionis loco Prom. 36. Choeph. 657. 719. Eum. 244).

Ex Sophocle : ξυγγνοῖμεν Ant. 926; — εἰδεῖτ' (codd. εἰδῆτ') Œd. R. 1046; — μετρηθεῖεν Œd. R. 561. θεῖεν Œd. C. 865. ξυνεῖεν Œd. R. 275. εἶεν Phil. 550. El. 1450 (loco interjectionis Œd. C. 476. 1308. Aj. 101. Phil. 1308. El. 534, alibi). δοῖεν Phil. 316. γνοῖεν 325.

Ex Euripide : σωθεῖμεν Iph. T. 1028. Hel. 815. 1047. ἐκσωθεῖμεν Iph. T. 1025. ὑμνηθεῖμεν Troad. 1244. λυπηθεῖμεν Hel. 771. εἶμεν Hipp. 349. Alc. 921. ξυμβαῖμεν Phœn. 590. ἐκβαῖμεν Herc. f. 82; — διεργασθεῖτ' Heracl. 174; — εἶεν Ion. 486. El. 632 (interjectionis loco Iph. A. 454. 1184. Suppl. 772. Hipp. 297. Alc. 299, alibi). δοῖεν Andr. 750. Hel. 1405. — Pro φαίημεν, quod legebatur Ion. 943, ξυμφαῖμεν restituit Dindorfius.

Ex Aristophane : διαπρισθεῖεν Pac. 1262. εἶεν apud Athen., XII, 551 A (pro interjectione est Equ. 1078. 1237. Nub. 177. 1075. Pac. 663. 1284, alibi); — ἀπαλλαχθεῖτε Vesp. 484; — ἀντιδιδοίτην Thesm. 1231. — Ran. 1448 cum codice V legendum est χρησαίμεσθ', ἴσως σωθεῖμεν ἄν, cum in ceteris sit aut χρησαίμεσθ', ἴσως σωθείημεν ἄν aut χρησαίμεσθα, σωθείημεν ἄν.

δοίησαν est apud scriptorem recentioris comœdiæ Damoxenum, Athen., III, p. 103 B.

Ex his colligere licet suspectas videri debere apud scriptores Atticos formas -ίημεν, -ίητε, -ίησαν. In Xenophonte tamen aliquantum dubitaverim propter testimonium Bekk., *Anecd.*, p. 95 : εἴησαν· ἀντὶ τοῦ εἶεν. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ : quamquam Antiatticistes Bekkeri haud magni est faciendus.

(1) Cf. Κόντου, Λόγ. Ἑρμ., p. 71 sqq.

§ 30. — Et, quoniam de optativis dicimus, quærendum est etiam num apud Xenophontem formæ quales sunt ποιοῖ, λυποῖ ferendæ sint.

Formam -οίην, -ώην Atticam esse dicit Etym. M., p. 664, *s. v.* περιπατοίης ; p. 413, *s. v.* ζώη. Cf. Schol. Soph., Aj. 537. Photius contra (*s. v.*) et εὐδοκιμοῖ et εὐδοκιμοίη, et ποιοῖ et ποιοίη agnoscit.

Ex poetis hæc notavi :

Æsch., Suppl. 1063 ἀποστεροίη. Pers. 430 στοιχηγοροίην. Agam. 349 κρατοίη. 1049 ἀπειθοίης. Choeph. 1063 εὐτυχοίης. — Prom. 978 νοσοῖμ'.

Soph., Œd. R. 829 ὀρθοίη ; — 1478 εὐτυχοίης. Œd. C. 362 κατοικοίης. 764 ἀλγοίην. Aj. 377 ἀλγοίης. 526 αἰνοίης. Ant. 668 θαρσοίην ; — Ant. 70 δρώης. Trach. 902 ἀντώη. Phil. 444 ἐώη. El. 258 δρώη. 1890 ζώης ; — Œd. R. 840 ἐκπεφευγοίην ; — Aj. 313 φανοίην. — Œd. R. 1470 δοκοῖμ'. Œd. C. 507 χωροῖμ'. 1769 ἀπαρκοῖ. Ant. 552 ὠφελοῖμ'. Aj. 537 ὠφελοῖμι. Phil. 674 χωροῖς. 1044 δοκοῖμ'. 895 δρῷμ' ; — Œd. R. 538 γνωριοῖμι Elmsl. (codd. γνωρίσοιμι, quam formam Atticam non esse notum est).

Eur., Hec. 1166 κτενοίην. Phœn. 1086 εὐδαιμονοίης. Med. 688 εὐτυχοίης. Hipp. 105 εὐδαιμονοίης. 1117 ξυνευτυχοίην. Alc. 354 ἀπαντλοίην. 1137 εὐδαιμονοίης. 1153 εὐτυχοίης. Andr. 237 ξυνοικοίη. Iph. A. 63 ἀπωθοίη. Iph. T. 750 ἀδικοίης. Heracl. 996 ξυνοικοίην. Hel. 619 φοροίης. 770 ἀλγοίην. El. 231 εὐδαιμονοίης. Fragm. 346 ὁμιλοίην. 785 φρονοίην ; — δρώην Or. 778. δρώης Hel. 1300. ζώην Or. 1147. Suppl. 454. Herc. f. 676. ζώης Alc. 713. — σιγῶμ' Hipp. 336. ὠφελοῖς Andr. 679. ὠφελοῖμι Hel. 157. εὐορκοῖμ'. Or. 1517.

Aristoph. : εὐδαιμονοίης Ach. 446. 457. Ran. 1417. βινοίη Ach. 1052. αἰτοίη Equ. 513. νοοίης Nub. 1381. τηροίην 752. δοκοίη 1432. ποοίην Vesp. 348. ἀντιβολοίη 279. ξυνδοκοίη Av. 197. ἀκολουθοίης 340. δωροδοκοίη 510. 513 ; — ζώην Nub. 1255. Lys. 531. χεζητιώην Nub. 1387. βουβωνιώη Vesp. 277. βοώη Thesm. 506. δρώη 681. μελετώη Plut. 511 ; — μεσοίη Ran. 924 ; — Ach. 940 πεποιθοίη. — De locis ubi codices formam -οῖμι habent v. *Wecklein*, p. 31 sq., item *von Bamberg*, *l. l.*, p. 14 : Pac. 1076 ὑμεναιοῖ imitatio est sermonis epici ; καλοῖ vero Av. 1314 in loco melico est, item Equ. 1131 ποιοῖς.

ἐδηδοκοίη (sic Porsonus pro ἐδηδόκοι ἤ) est apud Cratinum, Athen., VII, p. 305 B.

Ceterum in plurali numero formas -οίημεν cett. non Atticas fuisse notum est; nam apud Euripidem, Hel. 1010, pro ἀδικοίημεν repositum est ἀδικοίην μέν, item Cycl. 132 ξυνδρῶ.μεν pro δρώ.ημεν.

Apud Æschylum legimus : Suppl. 1014 εὐτυχοῖμεν, — Pers. 358 μενοῖεν (μένοιεν codd.).

Apud Sophoclem : Œd. C. 799 ζῶ.μεν. Aj. 969 ἐπεγγελῶ.εν. Phil. 1393 δρῶ.μεν.

Apud Euripidem : εὐτυχοῖμεν Or. 1172. Iph. T. 841. εὐτυχοῖτε Iph. A. 1557. εὐτυχοῖεν Phœn. 1018. Troad. 1007. εὐτυχοίτην (codd. -είτην) Iph. A. 716. εὐδαιμονοῖμεν Ion. 1457. εὐδαιμονοῖτε. Heracl. 582. εὐδαιμονοῖτον (sive -οίτην scribendum est, cf. Weckleinium, p. 18. Κόντον, Λόγ. Ἑρμ., p. 28 sqq.) Med. 1073. οἰκοῖμεν Med. 559. Fragm. 362, 55. οἰκοῖεν Hipp. 422. κρατοῖμεν El. 632. ἀπαντλοῖεν Or. 1641. νοσοῖεν Hel. 1607. φιλοῖεν Fragm. 362, 54 ; — ὁρῶ.μεν Bacch. 1050. ὁρῶ.τον (-ώ.την) Alc. 272 ξυναντῶ.εν Iph. T. 1209.

Apud Aristophanem : Av. 172 ποοῖμεν. 127 οἰκοῖτ'. Lys. 488 πολεμοῖτε. 152 κἀπιθυμοῖεν.

§ 31. — His addam etiam ea quæ de formis optativi -ειας, -ειε(ν) aut -αις, -αι notavi (cf. *von Bamberg, l. l.*).

Apud Æschylum : -ειας Suppl. 925. Choeph. 262; — ειε(ν) Suppl. 140. 281. 487. 665. 880. Prom. 203. 396. 503. 1049. 1051. Sept. 379. Agam. 38. 366. 552. 884. 1328. 1376. Choeph. 344. 844. Eum. 645. — κυρήσαις Suppl. 589, in loco melico ; — item in locis melicis : κενώσαι Suppl. 660. ἀπαλέξαι 1052. ἁρπαλίσαι Eum. 983; in trimetro Eum. 618 κελεύσαι Hermann (codd. κελεύσει).

Apud Sophoclem : -ειας Œd. R. 335. Ant. 1244. Trach. 700. Aj. 1122. 1137. Phil. 1222. El. 348. 801. Fragm. 692; — -ειε(ν) Œd. R. 504. 1032. Œd. C. 391. 426. 1657. Ant. 666. Trach. 355. 388. 433. 458. 657. 729. 906. 908. 933. 935. 955. Aj. 1149. Phil. 281. 695, 699. 711. 1062. El. 572. 1103. Fragm. 101. 508. 593, 8. — Œd. R. 446 pro ἀλγύναις scripsit Elmsleius ἀλγύνοις.

Apud Euripidem : -ειας Iph. A. 464. Andr. 463. Med. 761. 1135. Iph. T. 505. 513. 1024. Hipp. 345. 472. Troad. 697. Hel. 1039. El. 620. Fragm. 890 ; — ειε(ν) Iph. A. 802. 1579. Iph. T. 577. 590. 627. 740. Or. 508. 700. 784. Phœn. 152. 517. 948. Med. 95. 760. 1389. Troad. 478. 719. 928. 1014. 1161. 1189. Heracl. 179. 537. 538. Ion. 372. 529. 787. 1127. Rhes. 217. 235. Hel. 40. 436. 522. 699. 1045. 1672. Bacch. 1072. 1259. Cycl. 146. 535. Hipp. 684. 985. 1253. Herc. f. 186. 719. 929. 1217. Fragm. 241. 415. 508, 6. 524. — Bacch. 747 ξυνάψαις. Iph. T. 1184 σώσαις. Fragm. 364, 2 κἀποσώσαις. Med. 326 pro ἂν πείσαις scriptum vult von Bamberg ἀναπείσεις ; — Alc. 117 (in loco melico) παραλύσαι. Hec. 820 ἐλπίσαι. Fragm. 300 ἐγξύσαι Nauck (codd. ἐνξύσῃ).

Apud Aristophanem : -ειας Equ. 16. 498. 855. Plut. 95. Nub. 689. 759. Av. 121. 201. 1438. Vesp. 175. Ran. 110. Thesm. 187. 369 ; — -ειε(ν) Ach. 92. 639. 918. 921. 1151. 1166. 1171. Nub. 753. 970. Pac. 1033. Thesm. 328. 842. 1051. Lys. 911. 1086. 1104. Plut. 136. 137. 506. 510. 592. 685. 866. 1062. Ran. 68. 81. 923. 1458. Eccl. 97. 127. 235. 647. 776. 792. Apud Athen., IX, p. 400 A. — Plut. 1134 ὠφελήσαις. Pac. 405 πείσαις. Vesp. 726 (in anapæstis) δικάσαις. Nub. 776 ἀποστρέψαις. Plut. 1036 διελκύσαις (Kappeyne : μὲν οὖν με διελκύσειας ἄν). Vesp. 819 ἐκκομίσαις (fortasse legendum est μοὐκκομίσαις, ex Cram., *Anecd. Oxon.*, III, p. 253, ubi est μοι κομίσαιο τοῦ Λύκου). Cf. de his Aristophanis locis von Bamberg, *l. l.*, p. 12 sq.

Cobetus ubique apud scriptores prosæ orationis Atticos et formas -οίην cett. et formas -ειας, ειε(ν), -ειαν putat esse reponendas. Et ea quæ attulimus ejusmodi sunt ut formis -οῖμι cett. aut -αις, -αι, -αιεν poetæ scænici nisi metri causa non usi esse videantur. Neque has tamen ego affirmare ausim ab sermonis Attici consuetudine omnino alienas fuisse.

§ 31. — I, 1, 29 ἠβούλοντο, quod est in codicibus, retinuit Cobetus, Dindorfius ἐβούλοντο scripsit. De qua re difficillimum videtur judicium esse. Nam grammatici quidem formas ἠβουλόμην, ἤμελλον, ἠδυνάμην Atticas tradunt esse : vid. Mœr., pp. 175. 182,

qui formas per ε Atticas esse negat. Etym. M., p. 312, *s. v.* ἐγνώσθην; p. 419, *s. v.* ἤδει; p. 431, *s. v.* ἦν. Eust. ad Od. E, 60, p. 1523 (quamquam idem ad Od. A, 3, p. 1382 hoc augmentum τοῖς ὕστερον ἀττικίζουσιν tribuere videtur). Thom. M., p. 420 : ἤμελλον Ἀττικοί, οὐκ ἔμελλον ; cf. p. 258, ubi recte videtur Stœberus ex Phavorino κάλλιον δὲ ἠβουλόμην καὶ ἠβουλήθην (1) restituisse, vide ed. Bernard. (Ludg. Bat., 1757. Lipsiæ, 1833.) Sed illud locis poetarum minime confirmatur : ex quibus exempla hæc collegi :

Ex Æschylo : Prom. 206 ἠδυνήθην.

Ex Sophocle : ἔμελλον Œd. R. 967. 1385. Aj. 443. 925. 1287. Phil. 1083. El. 538 ; μὴ 'δυνήθημεν Aj. 1067. ἐδυνάσθην Œd. R. 1212.

Ex Euripide : ἐβουλόμην Med. 455. Ion. 1343. Fragm. 912. ἀβουλόμην Hipp. 699. ἐβουλήθην Iph. A. 1395. Hec. 1211. Troad. 654. Hel. 783. Hipp. 478 ; ἔμελλον Hec. 1204. Or. 1489. Heracl. 285. Ion. 1265. Herc. f. 545. Alc. 657. Fragm. 459 ; ἐδυνάσθην Ion. 867.

Ex Aristophane : ἐβουλόμην Vesp. 706. 960. κἀβουλήθης 392. ἦ 'γὼ 'βουλόμην Ran. 1147 ; ἐδυνάμην Plut. 672 (codex V ἠδυνάμην, cui metrum obstat). Eccl. 343. κἀδυνάμην Vesp. 357 ; ἔμελλον Equ. 267. Nub. 1301. Thesm. 1177. Plut. 1102. Ran. 791. Vesp. 460. — ἤμελλον in anapæstis : Ran. 1038. Eccl. 597.

In eis vero locis ubi per metrum utraque forma stare potest codices fere formam per ε exhibent.

ἠδύνω scriptor recentioris comœdiæ Philippides apud Athen., XV, p. 700 C.

Itaque poetæ scænici formas per η nisi metri causa usurpasse non videntur.

Præceptum grammaticorum haud scio an de dialecto Attica recentiore intellegendum sit. De Xenophonte vero quid sit judicandum, mihi non liquet.

§ 33. — I, 2, 6 pro πλευσούμενος Cobetus et Dindorfius πλευσόμενος scripserunt.

---

(1) Quod scriptum erat ἠβουλόμην δὲ καὶ ἠβουλήθην ἄπαξ inde ortum esse putat Stœberus quod scriptum fuisset : κάλλιον δὲ ἠβουλόμην καὶ ἠβουλήθην κάλλιον.

De tribus futuris φευξοῦμαι, πλευσοῦμαι, πνευσοῦμαι pauca repperi, ut mihi dubia res esse videatur.

φευξοῦμαι Aristoph., Ach. 1129. Nub. 443 (in loco melico). Av. 932. Plut. 447. 496 (in anapæstis). — Eur., Med. 339. 342. 347. Bacch. 659. Hel. 500. 1041.

φεύξομαι Eurip., Or. 1594. Phœn. 1679. Med. 512. 1064. Bacch. 1362. Cycl. 199. Heracl. 506. El. 975; — Soph., Phil. 1404; — Æschyl., Suppl. 456.

πνευσεῖται apud Aristoph., Ran. 1221, metrum non tuetur.

ἐμπνεύσομαι Eurip., Andr. 555.

συμπλεύσομαι Eurip., Hel. 1067.

Formas φευξοῦμαι, πλευσοῦμαι, πνευσοῦμαι quo jure Atticas esse negent, equidem nescio.

§ 34. — I, 6, 16 ἐκλελέχθαι codd.; ἐξειλέχθαι Cobetus.

Thom. M., p. 322 : ἐξειλεγμένος, οὐκ ἐκλελεγμένος·
ἐξείλοχεν, οὐκ ἐκλέλοχε.

Tamen est apud Aristoph., Eccl. 904 (in loco melico), παραλέλεξαι, ibid. 58 (in *trimetris*) συλλελεγμένας (Av. 294 συνείλεκται), item apud Diphilum (Athen., VI, p. 230) ἐκλελεγμένον.

§ 35. — I, 7, 4 ἐπεδείκνυε BαLDV; ἐπεδείκνυ ceteri codd., Cobetus, Dindorfius.

Priorem formam Atticam esse negant Mœr., pp. 12. 127. 167. 171. 281. Thom. M., pp. 229. 406, ubi affert ex Plat., Gorg. 466 C, ἀποκτιννύασι, quo in loco et Bodleianus codex et Vaticanus Δ ἀποκτιννύουσι exhibent (v. ed. Stallbaum.).

Cf. *C. I. A.* I, 9 ὀμνύναι. 77 ὑποζων[ν]ύνα[ι]. *C. I. G.* 76 ἐπομνύναι. Ἀθήναιον, V, p. 424, ἐπομνύναι.

Apud Æschylum : Prom. 405 ἐνδείκνυσιν. Pers. 191 ζεύγνυσιν. 199 ῥήγνυσιν. 652 ἀπώλλυ. Sept. 529 ὄμνυσι.

Apud Sophoclem : δείκνυμι Œd. C. 1145. δείκνυσι(ν) Œd. R. 1528. Ant. 254. El. 425. δεικνύτω Œd. C. 1532. ῥηγνύτω Œd. R. 1076. ἀπωλλύτην 1454. ὄλλυσιν Ant. 673. καταρρήγνυσι 675. ὄμνυμ' Trach. 1188. ἀνερρήγνυ Aj. 236. ἀπώλλυς El. 1360. ὄμνυ (sine metri necessitate) Trach. 1185.

Apud Euripidem : κατόμνυμ' Iph. A. 473. ἀπόλλυσ' Hipp. 319.

487. ἀπόλλυσιν Or. 395. ὄλλυσ' 525. ὄμνυμι Hipp. 713. 1026. Med. 752. ἐξόλλυσι Hipp. 725. διόλλυμεν Fragm. 545. προσαπόλλυτε et ὄλλυτε Hipp. 1374. ἐδείκνυμεν Alc. 763. ὄλλυτε (imper.) Or. 1302. ὄμνυ (sine metri necessitate) Med. 746. Iph. T. 743. ὄμνυμι Med. 752. δεικνύναι 744. δεικνύς Bacch. 50. δείκνῦσι(ν) Med. 1120. Heracl. 1048. Fragm. 305. ἐπόμνυς Iph. T. 747. ζεύγνυτε Rhes. 33. δείκνυμεν Ion. 1341. διώλλυς Herc. f. 755. — El. 1323 ζευγνῦσ' pro ζευγνύασι est in loco melico.

Apud Aristophanem : Equ. 478 ξυνόμνυτε. Nub. 248 ὄμνυτ'. 1227 ἐπώμνυς. Av. 1080 δείκνυσι. Thesm. 272, 274 ὄμνυμι. Lys. 237 συνεπόμνυθ'. 580 καταμιγνύντας. 1134 ἀπόλλυτε. Ran. 126 ἀποπήγνυσι. 310 ἀπολλύναι. Eccl. 823 ὤμνυμεν. 843 ἀναπηγνύασι (ubi forma ἀναπηγνύουσι metro non excluditur). 852 διοίγνυτε (imper.).

Menander apud Stob., Florileg., III, p. 234 ed. Gaisf., δεικνύει; idem apud Plut., Moral., p. 547 C, δεικνύω, apud Alexandrum (Walzii Rhet., VIII, p. 441) ἀπολλύει.

Sed ne ab Atticis quidem has formas omnino alienas fuisse docere videtur cum titulus Atticus sub Euclidis ætatem scriptus (Ἀρχ. Ἐφημ., 2830), in quo est [ἀμ]φιεννύοσιν, tum locus Aristoph., Plut. 719, συμπαραμιγνύων (Wecklein, p. 32).

Quoniam hic non id agimus ut grammaticam Xenophonteam conscribamus, sed ut, qua ratione nobis quæstio de Xenophontis orthographia instituenda esse videatur, exponamus, pauca illa exempla attulisse satis erit.

CAPUT SEXTUM

Conclusio.

§ 36. — Ei philologiæ parti quæ versatur circa codices inspiciendos, colligendas ex quibus scriptoris alicujus textus constituatur lectionis discrepantias, locos depravatos arte conjecturali ad integram formam revocandos alii nimium, parum alii tribuerunt. Ut enim eis qui scriptores antiquos legere student utiliores multo sunt eæ editiones in quibus et verba et res difficiliores explanantur quam illæ quæ nihil aliud nisi omnes omnium codicum pravas lectiones exhibent, ita fatendum est cetera omnia incerta quodam modo videri posse quamdiu non editio aliqua sit ex qua, qui codices quid habeant et qui optimi judicandi sint et quæ quoque loco lectio præferenda, ubi opus sit, scire possis : quemadmodum in domo habitare non velis quæ fundamenta bona non habeat.

In Hellenicis docent exempla quæ attulimus cum ex variarum lectionum comparatione non ita multum fructum percipi, tum vero textum ita conformatum esse ut, cum archetypum et parum antiquum fuisse videatur et multis modis depravatum, sæpius quid non esse sanum suspicari liceat quam remedium afferri possit. Hoc igitur non est obliviscendum, cum ad opus ipsum æstimandum accesseris. In quo multa esse quæ offensionem habeant notum est : nam et scribendi ratio mirum quantum sibi non constat, cum modo minima quæque fusius explicentur, modo maximæ res ita breviter exponantur ut non narrasse, sed capita rerum indicasse scriptor videatur, et res quæ dicuntur sæpe cum eis non congruunt quæ alii scriptores habent. Qua de re alii aliter judicaverunt ; prudentissimus Hellenicon existimator Buechsenschuetzius quid senserit, supra dictum est (p. 66) : cujus sententiæ video accessisse etiam Breitenbachium

in editione Weidmanniana. Sed illorum audacissima conjectura est, qui Xenophontis librum omnino intercidisse putaverunt, quæ vero hodie Hellenica ferrentur nihil aliud esse quam epitomen ab homine indocto neglegentissime confectam; integro autem Xenophonte cum et Diodorus et Plutarchus usi esse viderentur, ex his, non ex Hellenicis quæ dicuntur, petendam esse rerum illo tempore gestarum cognitionem. Quæ sententia, a Campio, Jungclaussenio, Grossero, Κυπριανῷ recepta, maxime impugnata est a Buechsenschuetzio, Breitenbachio, Πανταζίδῃ (1); eorum autem quæ de hac re scripta sunt catalogum videas in præfatione editionis Sauppianæ, cui addenda sunt cum alia, tum præcipue : Κυπριανός, Περὶ τῶν Ἑλληνικῶν τοῦ Ξενοφῶντος πρὸς Ι. Πανταζίδην, Φιλίστωρ, II, 339-356. 451-463. *Rich. Grosser,* Ueber die Unechtheit der Xenoph. Hellenika, *N. Jahrbb.,* 1866, p. 721 sqq. Ueber den Anfang u. die ursprüngl. Gestalt der Hellenika, *ibid.,* 1867, p. 737 sqq. Die Hellenikafrage u. ihre Polemik, *Zeitschr. f. Gymn.,* 1876, Jan.-Mai. — Ι. Πανταζίδης, Περὶ τῶν Ἑλληνικῶν τοῦ Ξενοφῶντος, ἂν εἶναι κατὰ τὸν Α. Κυπριανὸν ἐπιτομή, Φιλίστ., II, p. 66-79. 107-131. Πάλιν περὶ τῶν Ἑλληνικῶν τοῦ Ξενοφῶντος, ὅτι δὲν εἶναι ἐπιτομή, *ibid.,* III, p. 481-515. *O. Schambach,* Untersuchungen über Xen. Hellenica, Jena, 1871. *Nitsche,* Ueber die Abfassung von Xen. Hell., Berlin, 1871. *J. Hœnel,* Besitzen wir Xenoph. hellenische Geschichte nur im Auszuge? Breslau, 1872. *Beckhaus,* Der jüngere Xen. u. Isokrates, od. üb. die unechten Xenophontischen Schriften u. die Hellenika, Theil I., Posen, 1872. *Vollbrecht,* De Xen. Hellenicis in epitomen non coactis, Lipsiæ, apud Teubnerum, 1874. *B. Büchsenschütz,* Xenophons Hellenika und Plutarchos, *N. Jahrbb.,* CIII, p. 217-264. *L. Breitenbach,* Xen. Hell. Buch I, verglichen mit Diod. u. Plut., *Rhein. Mus.,* 1872, p. 497 sqq.

Et, quamquam ea res ab nostro argumento aliena est, tamen paucis dicendum videtur eos qui Hellenica quæ habemus invitis codicibus a Xenophonte abjudicent rationes opinionis suæ non

---

(1)Notus est hic eis qui Hellenicis student etiam *Emendationibus in Xenophontem* (Τῶν παρὰ Ξενοφῶντι διορθωτέων μέρος πρῶτον, — μέρος δεύτερον), Gottingæ, 1858. Athenis, 1866.

afferre satis probabiles. Nam ea quidem quæ in Hellenicis reprehenduntur Xenophontis possunt ingenii vitia esse : recte enim animadvertit Πανταζίδης, si Xenophontem quis in epitomen redegisset quamvis imperitus, cum non ea potissimum quæ levia et parvi momenti essent prope immutata descripturum fuisse, cum in gravissimis rebus plurima omisisset : quemadmodum, quod initio libri quarti, ut Agesilaus Spithridatis filiam Otyi nuptum collocaverit, prolixius narratur, Xenophonti Agesilai omnia præter modum placuisse, quippe quem præcipue coleret atque admiraretur, satis notum est ; at contra, si Hellenica Xenophontis esse negaveris, cur ille quem epitomen confecisse putaveris potissimum hæc atque talia integra receperit vel potius cur ea non omnino omiserit, difficilius intellegitur.

Quod vero multa apud Diodorum aut Plutarchum aliter narrantur atque in Hellenicis, neque inde efficitur ea ex integro illo Xenophonte profecta esse, cum præter Xenophontem etiam ex Ephoro et Theopompo multa et Diodorum et Plutarchum petisse satis constet, — de qua re videndi sunt quos laudat Breitenbachius : *Volquardsen,* Untersuchungen üb. die Quellen d. Griech. u. Sicil. Geschichten bei Diodor B. XI bis XVI, Kiel, 1868. *Collmann,* De Diodori Sic. fontibus, Marb., 1869 ; *Stedefeldt,* De Lysandri Plutarchei fontibus, Bonnæ, 1868. *Fricke,* Ueber die Quellen des Plutarchos im Nikias u. Alkibiades, Leipzig, 1869 (1) ; — et demonstravit Breitenbachius exemplis e libro primo desumptis, quotiens Hellenica cum Diodoro aut Plutarcho parum congruerent, ea quæ in Hellenicis essent plerumque, ut brevius dicta esse, ita, si diligentius rem inspiceres, veri similiora et quæ melius intellegerentur.

Huc accedit quod ne dicendi quidem ratio ejus qui Hellenica conscripsit ab sermone Xenophonteo aut delectu verborum aut syntaxi videtur abhorrere.

Κυπριανὸς vero suam sententiam etiam ita confirmare conatus est ut grammaticorum locos afferret quibus, ut Xenophontea, verba commemorarentur quæ nunc in Xenophontis scriptis nus-

(1) Cf. etiam : *Natorp,* Quos auctores in ultimis belli Peloponnesiaci annis describendis secuti sint Diodorus, Plutarchus, Cornelius, Justinus (Argentorati, 1876).

quam exstarent. Quæ res neque cuiquam mira potest videri qui, quotiens in talibus grammatici erraverint, meminerit, neque, cur illi loci potius ad Hellenica quam ad aliud quodvis Xenophontis opus referendi sint, intellegitur (1). Sed etiam ea colligenda erant quæ ab scriptoribus antiquis pro Xenophonteis memorata in Hellenicis quæ habemus etiamnunc legerentur; cujusmodi loci, quos equidem notaverim, hi sunt :

I, 1, 22 ἐτείχισαν αὐτὴν καὶ δεκατευτήριον κατεσκεύασαν (*l.* κατέστησαν) ἐν αὐτῇ· καὶ τὴν δεκάτην ἐξέλεγον τῶν ἐκ τοῦ Πόντου πλοίων.

(ὁ Ξενοφῶν) ἐν τῇ· πρώτῃ· τῶν Ἑλληνικῶν φησι περὶ αὐτῆς ὅτι Ἀλκιβιάδης ἀποτειχίσας αὐτὴν δεκατευτήριον ἐν αὐτῇ· κατέστησε· τὰς γὰρ δεκάτας οἱ ἀπὸ τοῦ Πόντου πλέοντες ἐν αὐτῇ· παρεῖχον (Socrates, Hist. eccl., VII, 25, p. 374, 8).

30 ἀνεκοινοῦτο (*l.* ἀνεξυνοῦτο).

Ξενοφῶν δὲ καὶ ἀνεξυνοῦτο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς (Suidas, *s. v.* ἀνακοινώσασθαι).

37 στρατεύσαντες ἐπὶ Σικελίαν cett.

Steph. Byz. *s. v.* Χείμερα : Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν πρώτῳ· « στρατεύοντες δ' ἐπὶ Σικελίαν cett. (2). »

6, 16 ὑποτεμνόμενος τὸν εἰς Σάμον πλοῦν.

ὑποτεμνόμενος τὸν πλοῦν, ἀντὶ τοῦ « διὰ τῶν συντομωτάτων πλέων », ἵνα καταλάβῃ· τὸν διωκόμενον· οὕτως Ξενοφῶν φησιν (Phot. *s. v.*).

παρίστησι δὲ τοῦτο σαφῶς ὁ Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ· Ἑλληνικῶν, ἐκτιθεὶς ὧδε· « Τῶν δὲ πρυτάνεων cett.

7, 14 τῶν δὲ πρυτάνεων τινῶν οὐ φασκόντων προθήσειν τὴν διαψήφισιν παρὰ τὸν νόμον, αὖθις Καλλίξενος ἀναβὰς κατηγόρει αὐτῶν τὰ αὐτά· οἱ δ' ἐβόων καλεῖν τοὺς οὐ φάσκοντας. [15] Οἱ δὲ

τοὺς νόμους

τὰ αὐτά om.

(1) Locum qui est apud scholiastam Aristidis (ad orationem Ὑπὲρ τῶν τεττάρων, p. 175) ad Hell. III, 4, 2 referri posse puto.

(2) Animadvertendum est igitur jam Stephani Byzantini tempore hunc locum, qui additicius esse videtur, et similia additamenta, de quibus supra diximus (pp. 56-61), in exemplaribus Hellenicon fuisse.

πρυτάνεις φοβηθέντες ὡμολόγουν πάντες προδήσειν, πλὴν Σοκράτους τοῦ Σωφρονίσκου · οὗτος δ' οὐκ ἔφη ἀλλ' ἢ κατὰ νόμον [πάντα] ποιήσειν.

ἅπαντες

ἔφη, ἀλλὰ κατὰ τοὺς νόμους πάντα ποιήσειν. » (Athen., V, 217 F — 218 A).

I, 7, 20 ἀποδανόντα εἰς τὸ βάραθρον ἐμβληθῆναι (*l.* ἀποθανεῖν — ἐμβληθέντα), τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι.

Schol. Aristoph., Eccl. 1809 : Ξενοφῶν δὲ εἰς τὸ βάραθρον ἐμβληθέντα ἀποθανεῖν καὶ τὴν οὐσίαν ἀπολέσαντα.

II, 3, 56 καὶ ἐπεί γ' ἀποθνήισκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν · « Κριτία, τοῦτ' ἔστω τῶι καλῶι. »

Cic., Tusc. quæst., I, 40, 96 : cum — venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit ut id resonaret : quo sonitu reddito arridens « Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. »

Num propter Ciceronis *sitiens* verbum excidisse putandum sit, mihi dubium est.

III, 4, 17 ὥστε τὴν πόλιν ὄντως οἴεσθαι πολέμου ἐργαστήριον εἶναι (Ages. I, 26 ὥστε τὴν πόλιν ὄντως ἂν ἡγήσω πολέμου ἐργαστήριον εἶναι).

Polyb., X, 20, 7 : οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν εἴπε κατὰ τὸν Ξενοφῶντα τότε θεασάμενος ἐκείνην τὴν πόλιν ἐργαστήριον εἶναι πολέμου.

IV, 4, 10 οἱ δὲ Ἀργεῖοι ὁρῶντες τὰ σίγματα (sic codd. ; σίγμα Schæferus) τὰ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων cett. Et hic et in eis quæ sequuntur σίγμα reponendum est pro σίγματα ; num autem etiam ἐπί delendum sit, magis dubium videtur.

Helladius apud Phot., Bibl., p. 532, A, 18 ed. Bekk. : διὸ καὶ τὸ παρὰ τῶι Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς εἰρημένον οὐχ ὑφ' ἓν « τὰ σίγματα τῶν ἀσπίδων » ἀναγνωστέον, ἀλλὰ δισυλλάβως μὲν « τὰ σῖγμα » καὶ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς « τὰ τῶν ἀσπίδων » κατὰ διάστασιν.

16 τοὺς μέντοι Δακεδαιμονίους οὕτως αὖ οἱ πελτασταὶ ἐδεδίεσαν (*l.* ὤκνουν).

Priscianus, XVIII, 25.

8, 22 ἦν δ' οὗτος ἀνὴρ εὐχαρίς τε οὐχ ἧττον τοῦ Θίβρωνος μᾶλλόν τε συντεταγμένος καὶ ἐγχειρητικώτερος στρατηγός. Mirum est vero quod et Pollux et

Priscianus, XVIII, 23 : « Attici ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς. Xenophon Ἑλληνικῶν Δ : ἦν δὲ οὗτος cett., » ubi cum etiam Priscianus Hellenicon librum *quartum* affe-

Priscianus (apud quem deest στρατηγός) habent ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς : quod et per se non Græcum videtur et minime cum loci sententia congruit; neque enim dubium esse potest quin μᾶλλόν τε συντεταγμένος καὶ ἐγχειρητικώτερος eis opponantur quæ supra dicta sunt (§ 18) : ὅτι Θίβρων βοηθοίη ἑκάστοτε ἀτάκτως καὶ καταφρονητικῶς. Fortasse igitur judicandum est ἀρετῆς additamentum esse valde quidem antiquum alicujus qui propter ea quæ sequuntur (οὐδὲ γὰρ ἐκράτουν αὐτοῦ αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί) συντεταγμένος (= *compositus*) de temperantia et virtute dictum esse crediderit. Hoc autem additamentum tam antiquum cum ab nostris codicibus absit, haud scio an id quod est στρατηγός ab aliquo illatum sit qui ἀρετῆς non intellexisset.

rat, satis manifestum est jam illo tempore non alia atque hæc quæ nunc habemus Hellenica exstitisse.

Pollux, II, 154 : ἐγχειρητικωτέρους (*l.* -κώτερος) ἀρετῆς Ξενοφῶν.

Præterea notum est in Agesilaum (¹) ex Hellenicis totos locos receptos esse, paucis immutatis verbis (velut pro eo quod est ἑπακολουθεῖν Hell. III, 4, 24. IV, 3, 3. 5 in Agesilao I, 32. II, 2. 3 constanter scriptum videtur ἐφέπεσθαι); cujusmodi loci sunt hi :

Hell., III, 4, 11 ἐπεὶ δέ — 12 χρήματα ἐλάμβανε, ubi (§ 12) textus lacuna depravatus ex Agesilao restitutus est : καὶ τάς τ'

Ages. I, 13-16.

(¹) Agesilaum utrum Xenophontis esse judices necne, ad rem parum interest : Xenophonteum non esse existimat etiam Cobetus (*Collectanea critica*, p. 585), qui opinionem suam ita tuetur ut Xenophontem neget de Agesilao, qui annos quadraginta quattuor natus regnum adeptus esset, ea scribere potuisse quæ sunt Ages., I, 6 : Ἀγησίλαος τοίνυν ἔτι μὲν νέος ὢν ἔτυχε τῆς βασιλείας.

(τὰς V) ἐν τῇ πορείᾳ [ἀπαντώσας δυνάμεις ἀναλαμβάνων ἦγε καὶ τὰς] πόλεις κατεστρέφετο.

Hell. III, 4, 16 ἐκ δὲ τούτου ἐπειδὴ ἔαρ — 19 δέοι μάχεσθαι, — ubi τὴν Ἔφεσον (1), quod in Agesilao deest, manifesto additicium est.

Ages. I, 25-28.

20 καὶ προεῖπεν αὐτοῖς ὡς εὐθύς — 24 περιεστρατοπεδεύσατο, ubi (§ 22) post εἶπεν ex Agesilao ὁ ἡγεμών additum est, tum (§ 23) item ex Agesilao ὁπλιτῶν restitutum pro ἱππέων.

28-32.

25 γνοὺς δὲ καὶ αὐτός cett.

35.

IV, 3, 3 διαλλάξας Μακεδονίαν — 9 ὅρια, ubi (§ 5) ex Agesilao restitutum est οἱ μὲν αὐτῶν οὐδ' ἀνέστρεψαν pro οἱ μὲν αὐτῶν ἔφυγον, οἱ δ' ἀνέστρεψαν, quod correctione ortum videtur ex οἱ μὲν αὐτῶν οἱ δ' ἀνέστρεψαν.

II, 2-5.

16 διηγήσομαι δέ — 20 οὐκ εἶα. Ibi memorabilis locus est, in quo sibi videtur Κυπριανὸς in ipso facto eum deprehendisse qui Hellenica in epitomen coegerit:

9-13.

§ 17 ὡς δὲ τριῶν ἔτι πλέθρων ἐν μέσῳ ὄντων ἀντεξέδραμον ἀπὸ τῆς Ἀγησιλάου φάλαγγος ὧν Ἡριππίδας ἐξενάγει καὶ σὺν αὐτοῖς Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς καὶ Ἑλλησπόντιοι, καὶ πάντες οὗτοι τῶν συνεκδραμόντων τ' ἐγένοντο καὶ εἰς δόρυ ἀφικόμενοι ἔτρεψαν τὸ καθ' αὑτούς (forsitan ex Agesilao ἐτρέψαντο restituendum sit).

10.

ἐξενάγει, — ἦσαν δ' οὗτοι τῶν τε ἐξ οἴκου αὐτῷ συστρατευσαμένων καὶ τῶν Κυρείων τινές, — (2) καὶ Ἴωνες δὲ καὶ Αἰολεῖς καὶ Ἑλλησπόντιοι ἐχόμενοι· καὶ πάντες οὗτοι cett.

(1) § 17 ἀξίαν δὲ καὶ ὅλην τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἦν τὴν Ἔφεσον θέας ἐποίησεν.

(2) Hunc locum aliter distinximus atque vulgo fit, cum quidem καὶ Ἴωνες δέ cett. non ad ἦσαν, sed ad ἀντεξέδραμον referendum esse existimaremus.

Sed, cum in Hellenicis jam supra Herippidæ facta sit mentio (III, 4, 20. IV, 3, 15), in Agesilao vero non item, tantum abest ut ego Κυπριανῷ assentiar ut in loco Hellenicon vĕrba καὶ πάντες — τ' ἐγένοντο, quæ nisi post parenthesim mihi ferenda non videantur, additicia esse existimem et ex Agesilao illata (cf. ea quæ optime de hoc loco disseruit Πανταζίδης, Φιλίστ., III, p. 507). Quapropter mihi non dubium esse videtur quin is qui Agesilaum conscripsit eadem Hellenica in manibus habuerit quæ ad nos pervenerunt.

Sed viderint hæc alii; nobis hac disputatiuncula illud exemplis confirmare in animo fuit, cum textum Hellenicon, qualis in codicibus quos nunc haberemus ferretur, a communi illo, unde codices omnes descendissent, archetypo non ita multum defluxisse; tum vero archetypum illud locis satis multis et interpolationibus et lacunis depravatum fuisse; sive igitur Hellenica Xenophontis essent sive non essent, ea haudquaquam integra ad nos pervenisse, idque semper tenendum esse si quis in ea diligentius vellet inquirere, quod multa fortasse ad illam causam referenda essent in quibus viri docti offendissent.

VIDI AC PERLEGI :
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona, a. d. VI Kal. Dec. an. MDCCCLXXVII. Facultatis litterarum in Academia Parisiensi Decanus,

H. WALLON.

TYPIS MANDETUR :
Academiæ Parisiensis Rector,

A. MOURIER.

INDEX

LOCORUM UBI VULGATAM LECTIONEM MUTAVIMUS

I, 1, 2, p. 54.
2, 54.
4, 48.
2, 8, 62.
3, 7, 48.
9, 48.
4, 13, 64.
16, 64.
5, 13, 54.
18, 49.
6, 4, 65.
15, 49.
21, 54.
32, 67.
7, 2, 49.
10, 68.
19, 52.
30, 69.
II, 1, 15, 61.
IV, 3, 17, 97.
V, 1, 13, 46.
VII, 3, 7, 49.

INDEX

GRAMMATICUS ET ORTHOGRAPHICUS

A.

Accentus : στάσεως τινός, πρυτάνεων τινῶν, p. 35.
Adjectivi in -ης barytoni barytonum habent genetivum pluralem, p. 39 sq.
Ἄγις, p. 42.
ἀϑρόος, non ἀθρόος, p. 78.
ἀνοίγω, augmentum, p. 55.
ἄστεως, non ἄστεος, p. 21.
Augmentum plusquamperfecta Attica recipiunt, præter ἐληλύϑειν, p. 27.
Augmentum plusquamperfecti syllabicum non omittitur, p. 22.
ἀφεῖσαν, non ἀφῆκαν, p. 73 sqq.

B.

βούλομαι, δύναμαι, μέλλω : augmentum, p. 86 sq.

Γ.

Γαύρειον, p. 75.
Γορδίειον, p. 75.

Δ.

δημεύω, δημοσιεύω, p. 68.

E.

ἔδοσαν, ἔϑεσαν, non ἔδωκαν, ἔϑηκαν, p. 73 sqq.
εἴλεγμαι, λέλεγμαι, p. 88.
εἴργω, εἴργω, p. 20.
ἐνενηκοστός, non ἐννενηκοστός, p. 19.
ἐπιμέλομαι, ἐπιμελοῦμαι, p. 31.
εὐαρεστῶ, εὐορκῶ : augmentum, p. 78.
εὐδοξῶ, augmentum, p. 78.
-εύς (*nomina in*) : de eorum contractione, p. 81 ; de eorum nominativo plurali, p. 82; de accusativo plurali, p. 80 sqq.

Z.

ζώς, ζωός, p. 71.

H.

ηἰών, non ηἴών, p. 71.
-ης (nomina in -ης tertiæ declinationis heteroclita) : quem accusativum singularem habeant, p. 80.

Θ.

ϑύειν εὐαγγέλια, p. 67.
Θράσυλλος, Θρασύλος, p. 71 sq.

I.

Imperativi tertia persona pluralis -ντων, -σϑων, non -τωσαν, -σϑωσαν, p. 76 sqq.

K.

Καλχηδών, Χαλχηδών, non Χαλκηδών, p. 17 sq.

Καννωνός, p. 33.
Κεραμικός, Κεραμεικός, p. 28.
Κίος, p. 40.

Δ.

λήιζομαι, non λῃΐζομαι, p. 75.

Μ.

Μυτιλήνη, non Μιτυλήνη, p. 42.

Ν.

Numeralia nomina in compositione non mutantur : πεντεδραχμία, ἕκμηνος cett., non πενταδραχμία, ἑξάμηνος cett., p. 75 sq.

Ο.

ὃ δέ, οἳ δέ, p. 78.]
Optativi : -εῖμεν, -εῖτε, -εῖεν, non -είημεν, -είητε, -είησαν, item -αῖμεν, οῖμεν, p. 82-83; -οίην, -ώην, non -οῖμι, ῶμι, p. 84-85; -ειας, -ειε(ν), -ειαν, non -αι, -αις, -αιεν, p. 85-86.
οὐ μή, οὐδὲν μή, p. 67.

Π.

πλεῖν = πλέον, p. 78 sq.
πλευσοῦμαι, πνευσοῦμαι, φευξοῦμαι, p. 87 sq.
Προκόννησος, non Προικόννησος, p. 72.
πρώι, non πρωΐ, p. 73.

Σ.

Σηλυμβρία, non Σηλυβρία, p. 17.
σημαίνω, aoristus, p. 71.

Συρακόσιος, non Συρακούσιος, p. 72.
σῶς, σῶος, σῶ.ος, p. 72 sq.

Υ.

-υμι, -ύω, p. 88-89.
ὑύς, ὑέος, p. 82.

Φ.

Φιλόδικος, non Φιλοδίκης, p. 74.

Χ.

Χερρόνησος, non Χερρόννησος, p. 72.

Ω.

-ως (nomina in -ως secundæ declinationis): quem accusativum singularem habeant, p. 79 sq.

Nancy. — Imp. Berger-Levrault et Cie

Συρακόσιος, non Συρακούσιος, p. 72.
σῶς, σῶος, σῶ.ος, p. 72 sq.

Υ.

-υμι, -ύω, p. 88-89.
ὑύς, ὑέος, p. 82.

Φ.

Φιλόδικος, non Φιλοδίκης, p. 74.

Χ.

Χερρόνησος, non Χερρόννησος, p. 72.

Ω.

-ως (nomina in -ως secundæ declinationis): quem accusativum singularem habeant, p. 79 sq.

Nancy. — Imp. Berger-Levrault et Cie



Gx 9.943
Qua rei criticae tractandae ratione
Widener Library 006429363
3 2044 085 177 855